totū habuit Optimā ꝗlitate: qz puriozē ⁊ excellētiozē habuit. Optimā ꝗ dignitate: qz dignioz pars intelligi nō potuit. Nec enī p se ꝺa est de btā virgine. L Maria optimā ptē elegit ꝗ qz inter oēs q̄ vnq̄ partē acceperūt: hec sola optimā ptē elegit ⁊ habuit. Deꝰ aūt nullā elegit: qz sp totū habuit. inq̄ntū eriā fuit filiꝰ btissime ꝟginis. Ecce illa q̄tuoz et q̄by integrā bt̄tudo sctissime ꝟgis. q̄ sunt īmunitas ab oī pctō. Uñ Aue maria ꝗ Ōre plenitudo. Unde Gtia plena. ꝗ Diuīa societas Uñ Dñs tecū ꝗ Prerogatiue singlarītas. Uñ Bñdicta tu ī mlieribꝫ. ꝗ Quoruꝫ duo ꝓma btificant ipaz i se. Alia duo in ꝯpatōe ad omnia ad q̄ ꝯtīgit ipaz ꝯpare. ⁊ hec nō ē nisi ad supi. qz Dñs tecū. ꝗ ⁊ ad inferi. qz Bñdicta tu in mulieribꝫ. ꝗ qz mediāte illa bñdictōe quā habuit ī mulieribꝫ bñdicta fuit ad oīa ad q̄ ꝯtīgit ipaz ꝯpare. eo ei q̄ deū genuit angelorꝫ restauratōē. hoīm redēptōē. demonū victorē: beatā eam dicūt oēs generatōes. Et ħ est qđ ōr Judith. xv. in psona marie. L Tu gl'ia hierusalē. q̄ designāt angeli: q̄ sp sunt in visiōe dei ⁊ pace. L Tu leticia israel. ꝗ p isrl'aīe btōrꝫ: q̄ q̄ñq̄ fuerūt iacob. i. lucratores. nūc aūt isrl'. i. videntes deū facie ad faciē. L Tu honorificētia ppl'i nostri. ꝗ p populū. s. iudeorꝫ. i. ꝯfitētiū pctā sua et laudes dei. ⁊ gl'ificantiū deū: aīas iustorꝫ intelligo. L Que feciſti viriliter ꝗ vīcendo diabolū: sicut ppheratū erat Genī. iij. Inimicicias ponā tē. Ipa ꝯteret caput tuū. ¶ Alit. Primū. s. L Tu gl'ia hierl'm ꝗ vor ē āgelorꝫ: q̄ꝝ ruina p eā repara ē. Scōm. s. L Tu letīcia isrl' ꝗ vor ē hoīm. q̄ꝝ tristicia p eā lenificata ē. Terciū sc̄z. L tu honorificētia populi nr̄i ꝗ vor est mulierꝫ: q̄ꝝ infamia p eam deleta est. Quartū sc̄z. L q̄ feciſti viriliter ꝗ vor est mortuorꝫ existentiū ī limbo. q̄ꝝ captiuitas p eā redempta est ⁊ reducta. ¶ Aliter. L Tu gl'ia hierl'm ꝗ. i. innocētū. L Tu letīcia isrl' ꝗ. i. penitentiuꝫ. L Tu honorificētia populi nostri ꝗ. i. pctōrꝫ. ¶ Nec ē g̃ btā plenitudo: ⁊ plena btī/tudo dñe nr̄e. q̄ fons est ⁊ origo tot̄ nr̄e btītudinis. Quicq̄d enī btītudīs ab illo magno mari. i. ab illa infinita bonitate dei trinitatis ad gen⁹ hūanū puenit: totū p hāc venā defluxit. Et ideo q̄cq̄d nob mittit̄ de supnis. p g̃raꝫ actōeꝫ ad eā referendū ē. p quā mediatricē habem⁹ pculdubio q̄cq̄d gratie obtinem⁹.

Dñs sabinē.

Benedicta tu ī mlieribꝫ ꝗ. i. ī matribꝫ emollitis. et in ꝟginibꝫ ifecūdis. Uel ergo ſi⁹ Inter mlieres ꝗ. i. inter matres ⁊ ꝟgines. Sicut enī lapis angularis in duobus ꝯsistit parietibꝫ. ⁊ int' duos parietes ī vtroq̄ stat pariete. sed nec tot⁹ in vno nec tot⁹ in altero. sic maria in numero matꝝ ē q̄ ad fecunditatē. ⁊ ī numero ꝟginū q̄ ad incorruptōem. Sed nec oīno ī pariete matrū: qz est incorrupta. nec ex toto ī pariete virginū qz est secūda. Talem q̄ppe decebat esse matrē saluatoris: vt mediatrix mediatorē. lapis angular' lapidē pareret angularē. Job. xxviij. Quis demisit lapidem angularē? Quasi diceret. Quis de lapide angulari lapidē demisit angularē? Christus mediator dei ⁊ hoīm lapis est angularis: in quē due cōcurrūt nature. diuina ⁊ hūana. stans in vtroq̄ piete. qz deus et hō: mediator dei ⁊ hoīm. i. Thimo. ij. Justus cū deo. mortalis cū hominibꝫ. Quē de matre virgine nasci decuit. vt in matre mortali concipetur mortalis. et in virgine cōcipetur iust⁹. Neces se enim erat vt quicūq̄ p matris corruptōem concipet. et peccato originali concipereť iniust⁹. Et hec est ꝓma causa. Secūda: vt sicut ꝓmus adā de terra virgīe factus fuerat. ita secūdus adam de virgine hō fieret. Tercia: vt sicut p euam virginē facta fuit hūani generis pditio. ita per mariā virginē fieret eiusdē repatio. Unde canit eccl'ia. Paradīsi porta p euam cunctis clausa est tē. Quarta: vt qui in cel'o habebat patrē sine matre: haberet in terris matrē sine patre. vt sic quasi duobꝫ testibus ꝓbareť tpi diuīitas. in matris virginitate ⁊ pris diuītate. Quīta: vt ppheticē veritas respōderet. Isa. vij. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū tē. Beatus Bern. super missus est gabriel. omelia scda. Deus siquidē est quē virgo pepit. qui matrez suam singulari in celestibꝫ donatur⁹ gloria. singulari in terris puenire curauit et gratia. qua videlicz ineffabiliter ⁊ intacta concipet et pareret incorrupta. Porro deum decebat huiusmodi natiuitas: qua nō nisi de virgine nascerek. Talis congruebat et virgini partus: vt nō pareret nisi deū. Prouide factor hoīm vt hō fierz nascitur⁹ de homie. talem sibi et oīmbꝫ debuit delegere imo ꝯdere matrē. q̄lē et se.

Quare decebat ꝑm nasci de ꝟgine

Bern.

decere sciebat ⁊ sibi nouerat placiturã. Voluit itaq; eẽ ꝑginẽ de q̃ ĩmaculata ĩmaculat⁹ ꝓcederet oĩm macl'as purgatur⁹. Voluit ⁊ humilẽ de q̃ miris ⁊ humil' coꝛ de ꝓdiret. harũ in se virtutũ necessariũ hoĩbꝫ saluberrimũq; exemplũ ostẽsur⁹. Dedit ḡ virgini partũ: q̃ ei iã ante et virgitatis ĩspirauerat votũ. ⁊ hũilitat; ꝓgauerat meritũ. Alioq̃n quõ eã angel⁹ in seq̃ntibꝫ gratia plenã pnũciat. si q̃ppiã vl' parũ boni qõ ex gr̃ia nõ accepisset habebat: Ut igit̃ q̃ sanctũ sanctoꝝ ꝓceptura erat pariter et paritura: sancta esset coꝛpe: accepit donũ ꝑginitat;. vt esset ⁊ mẽte: accepit hũilitatis. Dis nimirũ ꝑgo regia gẽmis oꝛnata ꝑtutũ. geminoq; mẽt; pariter ⁊ coꝛpis decoꝛe pfulgida. specie sua et pulcritudĩe sua in celestibꝫ cognita. celi ciuiũ in se puocauit aspect⁹. ita vt et regis animũ ad sui ꝓcupiscẽtiã inclinaret. ⁊ celestẽ nunciũ ad se educeret de supnis.

Quare oꝛtebat xp̃z nasci ꝺ virgine

ET q̃ ꝑginal' ꝓceptio redẽptoꝛẽ deceret: dictũ est abrahã Geñ. xv. cũ reuersio Q
semis sui ꝓdiceret ei ꝑ ꝑbo. Quarta generatõe reuertent̃ huc. Prima generatio fuit in adã: sine viro et femina. Secda in eua: de viro sine femĩa. Tercia in nobis: de viro ⁊ femĩa. Quarta scz xp̃i: sine viro de feĩa. Et hec singular;. nec alia poterat inueniri q̃ posset succurrere tribꝫ ꝓmis q̃ perierãt. sz ista tres alias ad patriã de captiuitate reduxit. Igit̃ maria recte dicit̃. L Bñdicta int̃ mlieres. Iqz ipa iter matres et ꝑgines pudẽs mediatrix ⁊ mirabilit̃ media. ab vtroq; extremoꝝ illud sumpsit qõ optimũ erat. ⁊ ꝓciosum sepauit a vili. Diere. xv. Et relicta sterilitate virginis ⁊ coꝛruptõe matr;: assumpsit sibi integritatẽ de ꝑgine. ⁊ fecũditatẽ ꝺ matre. vt esset integra ⁊ fecunda. ⁊ nec sterilis nec coꝛrupta.

BEnedicta tu inter mlieres] Quasi media inter mlieres veter; testam̃ti: et mu R
lieres noui. Mlieres veteris testamẽti ad istã tendebãt sicut patz. cũ oĩm affectu ad liberoꝝ ꝓcreatiõez intẽderẽt. vt ad istã pueniret q̃ carũ auferret opꝓbriũ. Vñ ⁊ rachel legit̃ dixisse iacob Geñ. xxx. Da mihi liberos: alioq̃n moriar. Mulieres noui testamẽti ad eã respiciũt: q̃ eis in exẽplũ ꝓponit̃. ⁊ q̃bꝫ ipa reddidit libertatẽ. Ipa ei triplicẽ statũ bonaꝝ mulierũ sctĩficauit. bonũ. s. meliorẽ. ⁊ optimũ. i. cõiugiũ. viduitatẽ. ⁊ virginitatẽ.

BEnedicta tu in mlieribꝫ.] Potest ꝑ dici eo mõ quo dictũ ẽ Geñ. xxvij. In pin S
guedine terre ⁊ in roꝛe celi deslup: erit bñdictio tua. Ros celi ꝑginitas. pinguedo terre fecũditas. Per mariã enĩ effusa est bñdictio sup mlieres. O q̃t ei⁹ auxilio ⁊ ꝑcibꝫ de maledictõe erepte sunt: ⁊ q̃tidie eripiunt̃. Vl' iõ L bñdicta ĩ mlieribꝫ] qõ de alia nõ legit̃. vt ꝑ ꝑ notet̃: q̃ nõ solũ inter mlieres gl'iam habitura sit. sz etiã q̃dam ꝓuilegio speciali sibi mulierũ dilectõem vẽdicauerit ⁊ affectũ. vtpote ꝑ quã eua sit opꝓbriũ sex⁹ ille. Priusq; ereni maria ꝓcipet saluatoꝛẽ opꝓbriũ erat ⁊ ignominia esse mlierẽ ꝓpt̃ ꝓditõem ꝓme mĩs. sil'z ⁊ eẽ hoĩez ꝓpt̃ latrociniũ ⁊ ꝓditõem ade. Filij enĩ eram⁹ ꝓditoꝛis ⁊ latroniss̃e. Vñ ꝺ: Isa. i. L Principes tui] scz adã et eua L infideles: socij furũ] . i. demonũ. Et ꝓpt̃ ꝑ clamabat gen⁹ hũanũ ad dominũ saluatoꝛẽ sub tipo septẽ mlieꝝ Isa. iij. L Innocet̃ nomẽ tuũ sup nos] . s. vt a xp̃o dicamur xp̃iani. Laufer opꝓbriũ nostꝝ.] Opꝓbriũ igit̃ ꝓmoꝝ parentũ ꝑ eã a nobis ablatũ ẽ. ⁊ insup adeo generosi facti sum⁹. q̃ reg; ⁊ regine celoꝝ effecti sum⁹ fratres. Merito ḡ bñdicit̃ L in mlieribꝫ ⁊ inter mlieres] ꝑ quã tm̃ ꝓme mlieris opꝓbriũ ablatũ est a mlieribꝫ. ⁊ tãt⁹ honoꝛ collatus est mlieribꝫ. vt mulier celoꝝ regina ⁊ dei genitrix sit effecta. ¶ Itẽ in ꝑ q̃ ꝺ: L Bñdicta tu in mulieri T
bus] ostẽdit̃ ꝓcipua ei⁹ potẽtia ad impetrãdũ. Nã alie mlieres viroꝝ rigoꝛẽ emolliũt. hec aũt dei seueritatẽ emollit. deslgta ꝑ virgã q̃ ꝓduxit aquã de petra. Nũeri xx. Hec pleni⁹ iuenies libꝛo. vi. ti. ir. ⁊ libro. xij. ptiala. vi. ti. xxi. q̃ maria mlier et ꝑga appellat̃. ¶ Itẽ iõ L bñdicta ĩ mlieribꝫ.] Qsi sola de mlieribꝫ ab vniuersis generatoribꝫ ꝓdicanda: et ꝓ omnibꝫ gl'iam habitura.

De eo q̃ dicit̃. Et benedict⁹ fruct⁹ ventris tui Capitulũ. vij.

ET benedictus fructus vẽtris tui. A
Supius dixerat angel⁹ L bñdicta tu in mulieribꝫ. Jt elizabeth. L bñdicta

Et benedictus fructus vētris tui.

tu inter mlieres ⌊q̄si idē sentiētes de ꝟgine. Sed hic substitit angelus. nec dixit. ⌊Bn̄dict⁹ fructus vētris tui. ⌊qz fruct⁹ hic adhuc flos erat in orto virgis. Unō Isa. xi. Flos de radice ei⁹ ascēdet. Sed fruct⁹ fuit in mūdo. Medicina in cruce. Panis in sacramēto. Ultra in aīa. Plenitudo i celo. Oō attēdens elizabeth supplet quō angel⁹ nō dixerat. scz. ⌊Bn̄dict⁹ fruct⁹ vētris tui. ⌋Et ꝟbn̄dict⁹. qz pulcer ad videdū. Suauis ad odorādū. Dulcis ad gustādū. sicut infra iuenies. Btus ber. Bern. ad mariā. Nō qz tu bn̄dicta ideo bn̄dictus fruct⁹ vētris tui. Sed qz ille te puenit in bn̄dictōibz dulcedinis. iō bn̄dicta tu. Uere etenim ⌊bn̄dict⁹ fruct⁹ vētris tui ⌋in q̄ bn̄dicte sunt oēs gentes. de cui⁹ plenitudīe tu q̄z cū ceteris. q̄z q̄z differēti⁹ a ceteris accepisti. Ac p ßl ⌊bn̄dicta tu ⌋q̄dē in mlieribz. ille ꝟo bn̄dict⁹. nō in hoibz. nō iter angelos. sz ipe est sup oīa de⁹ bn̄dictus i secla. aū Ro. ix. Dicit bn̄dict⁹ vir. bn̄di B cta mlier. bn̄dictus panis. bn̄dicta terra. ⁊ hmōi. sed singularit. ⌊bn̄dict⁹ fructus vētris tui ⌋cū sit sup oīa bn̄dictus i secla. ⌊Benedict⁹ ⌋i odore. ⌊bn̄dict⁹ ⌋i sapore ⌋ ⌊bn̄dictus ⌋i specie. De odore Ben. xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. An non vere benedictus cui benedixit dominus. De sapore dicitur. Gustate et videte quonia suauis ē domin⁹. Item. Quā magna mlitudo dulcedis tue dñe. Itē ꝑetr⁹. i. canonica. ij. Si tn̄ gustastis qm̄ suauis ē dñs. Et ipe de se inuitās nos ad se Eccī. xxiiij. Qui edūt me adhuc esuriēt. ⁊ q̄ bibūt me adhuc sitiēt. Utiqz ꝓpter saporis dulcedinē ß dicebat. q̄ semel gustatus magis excitat appetitū. Bon⁹ fruct⁹ q̄ aīaz esurientiū et sitientiū iusticiā esca et potus est. Itē de specie in ps. Et syon spēs decoris ei⁹. Itē. i. ꝑe. i. In quē desiderāt angeli ꝓspicere. Et btā agnes. Cui⁹ pulcritudinē sol et luna mirāt. Nec solū speciosus q̄ntū alij fruct⁹. sed sicut dr speciosus forma p filijs hoim. sic dicēd⁹ est speciosus p fructibz vniuersis. Si enī ille fruct⁹ mortis nō solū suauis fuit ad vescendū. sed etiā teste scptura delectabilis aspectu. q̄nto magis hui⁹ vitaⁱ fruct⁹ debem⁹ credere vuificū decorē. Uucusqz btus bernn̄.

Christ⁹ germen

Benedict⁹ fructus vētris tui. ⌋Cōgrue christ⁹ fruct⁹ dr vētris ꝟginaⁱ singula L riter ⁊ discretiue. qz ipm ꝓcepit in vtero ꝟgo mater. ⌊In vtero ⌋. i. ex causa intrinseca. nō sicut alie mlieres: q̄ recipiūt ab extrīseco vnde ꝓcipiūt. Jō etiā christ⁹ dr germen. Unde Isa. xij. In die illa erit germē dñi in magnificētia ⁊ gl'ia. ⁊ fruct⁹ terre sublimis. Quia sicut granū madefactū ex ꝑpa substantia germē emittit. a q̄ est totus fruct⁹ sine ꝓtactu alteri⁹ gn̄i. sic maria madefacta gr̄a spūssancti sine cō tactu virili. ex se sola germīauit christū. q̄ fruct⁹ ē bn̄dictus. q̄ ⁊ germen dicit propter hūilitatez. Ideo dicit ipa Eccī. xxiiij. ⌊Birū celi ⌋. i. illū q̄ omnia claudit ⁊ cōtinet ⌊circuiui ⌋gremio vteri mei ⌊sola ⌋. i. sine adūtorio virili. De ß germine dicit pī Ezech. xxxvij. Suscitabo eis germē iustū noiatū. Nemo aūt ali⁹ dici ꝑt ꝑpe ⌊fruct⁹ ventr⁹ ⌋imo ventris et renū. qz et a matre ꝓcipit. et generat a pre. Cōgrue autē appellat christ⁹ fructus.

Quia sicut fruct⁹ ex herba nascitur. vl' ex arbore. aut a terra ipaz nō violans. sic et D christus de virgine.

Christ⁹ fructus

Quia sicut fruct⁹ bonus arborē vl' terrā de q̄ nascit ꝓmēdabilē reddit. sic ⁊ christ⁹ virginē gloriosam. de q̄ tota bn̄dicta tot⁹ est nat⁹ bn̄dictus. Unde ⁊ ei hic dicitur. ⌊Benedicta tu in mlieribz. ⁊ bn̄dict⁹ fructus ventris tui. ⌋

Quia fruct⁹ facit cognosci q̄lis sit terra aut arbor vnde orit. Sic christ⁹ ꝟginem. Unde Matth. vij. A fructibus eoz cognoscetis eos. Ibidē. Nō potest arbor bona fructus malos facere.

Quia sūpt⁹ sub folijs accidētiū fruct⁹ iste i sacramēto delectabilior est aīe digne sumentī. qz ibi aīa plus lucrat. q̄ntū ad ꝑsens dico. Fructū aūt istū nō gustabit i futuro arbor. i. hō. q̄ fructū bonū nō fecerit in ꝑsenti.

Itē fruct⁹ dicit a fruor frueris. Et est frui amore iherere alicui rei tm̄ ꝓpter seipam. E Christ⁹ aūt q̄ in sacramēto nr̄a refectio est in via. fruitio erit in patria. Cui⁹ fruitio facit beatū. Et hanc fruitionē merent. q̄ christū ponit finē gaudij sui. Jō dicit ips. Cum dederit dilect⁹ suis somnū. ecce hereditas dñi filij merces fruct⁹ vētris.

Fructus enī cōsuete in cena sumīt.q̄ est refectio ꝓtra somnū. Et christ⁹ fructus ē quē in illa cena vltima expectamus. de quo fructuabim⁹. sicut vulgariť solet dici. Post fructū nō solet apponi ferculū aliud. neq; ꝓmestio. sed post cenā. Cū g̈ christus dederit dilectis suis somnū. ecce hereditas dñi. que etiā merces filij est. quā dabit dñs suis fideliby. ꝛ dat q̄tidie. nō aliā. s. ꝙ seipm. q̄ fructus ventris est benedicti. O hereditas nec decessiōe patris obtenta. nec successiōe trālmittēda ad posteros. nec inter fratres diuidēda. nec angustior multitudie coheredū. Hec est hereditas p̄clara. de qua p̄s. Funes ceciderūt mihi in p̄claris. eteni hereditas mea p̄clara est mihi. Uere p̄clarā habz hereditatē. cui⁹ deus est hereditas. Qui deum possidet. et a deo possidet. Qui terrā accipit in hereditatē. obscurā habz hereditatem. ꝛ illi ceciderūt funes in obscurs. Maledicta hereditas. qz illi maledixit dñs Gen̄.iij. Maledicta terra in ope tuo. Et qz ad hāc festinať in principio. ideo hec ī nouissimo bñdictōe carebit. Prouer.xx. Et nota q̄ dicit. in p̄ncipio. i. q̄ terrenā hereditatē p̄ponit celesti. Jtē hec est hereditas. de qua dñs dicit Ecci. xxiij. Hereditas mea sup mel et fauū.

Multiplex cōmēdatō b⁹ fructus

Fruct⁹ aūt iste miri est odoris. Optimi coloris. Et vinifici vigoris. Odore alliciēs. Sapore reficiēs. Colore iocūdās. Et vigore corroborās. Tactu lenis. Aspectu delectabilis. Gustu suauis. Durabilitate pennis. Hūc appetit esuriēs sine tormēto. Hāducat sine fastidio. Ipo satiať sine supfluo. Per eum sanať sine recidino. Fruct⁹ optim⁹ ꝛ sapidissim⁹. Sanissim⁹ ꝛ iocūdissim⁹. omīe delectamētū ī se habens. ꝛ ois saporis suauitatē. His tamē q̄ gustauerūt. quoniā suauis ē dñs. Sapit q̄dem p diuersitate gustantiū. Alijs māna ꝓpter dulcedinē. Alijs fauū ꝓpť cōtemplatōem. Alijs butirū ꝓpter deuotōis pinguedinē. Alijs panē ꝓpter fortitudinē. Alijs vinū ꝓpter cōpunctōez. Alijs oleū ꝓpter cōsolatōez. Alijs lac ꝓpť humanitatē. Alijs mel ꝓpter diuinitatē. Alijs lignū ꝓpter eternitatē. ꝛ hmōi. F

Hic est fruct⁹ ligni vite. i. beate virginis. q̄ creuit in padiso. i. in v̄ginali vtero. de q̄ q̄ digne comederit. morte nō gustabit ineternū. Unde dicit Joh̄.vi. Caro mea v̄e est cibus ꝛc̄. Hic latuit sub flore virginitatis ī conceptōe. Apparuit ī natiuitate. Maturuit in p̄dicatiōe. Collect⁹ est in arbore crucis in passiōe. Jsaie.liij. Quasi absciſus est de terra viuentiū. ¶ Hic fruct⁹ apparuit cādid⁹ in natiuitate. p v̄ginitatē ꝛ innocentiā. Viridis in eternoꝝ ꝓmissiōe. Splēdid⁹ in trāsfiguratōe. Rubicund⁹ in passiōe. Pallid⁹ et discolor in sepulcro. G

Benedict⁹ fructus vētris tui. Quomodo aūt fruct⁹ hui⁹ sentiať dulcedo. docetur Cañ.v. vbi dic̄ fidel aīa. Sub vmbra illi⁹ quē desideraueraī sedi. ꝛ fructus ei⁹ dulcis gutturi meo. Umbra christi ꝓpe est eoꝝ imitatio q̄ fecit in passione. qñ scapulis suis cruci affixis obumbrauit eccl'ie. vt feruorē paterne iracūdie eidem tparet. In hac vmbra vita est anime. extra hanc vmbrā sola mors. Treno. ī fine dicit christo. In vmbra tua viuem⁹ in gentiby. Et bñ dicit. in vmbra. q̄ respectu corpis sola q̄dam apparētia est. Sil'r q̄cq̄d boni facere possz optimus hō ꝓ deo respectu eoꝝ q̄ de⁹ fecit ꝓ hoīe. nihil est nisi vmbra q̄daz ptenuissima. Quā tū etiā distat res ab vmbra. tātū a passionib⁹ nr̄is q̄s ꝓ deo sustinem⁹ distat passio christi. si ei⁹ circūstantie diligenter notenť. ¶ Bene aūt passio dñi fecit vmbram. in q̄ cōcurrerūt obscuritas pene. et claritas pietatis. Sedere aūt sub hac vmbra. est req̄escere in imitatōe dñice passiōis. vbi tria inueniunť. Odor. ptectio. ꝛ refrigeriū. Odor letabundū. ptectio securū. refrigeriū facit q̄tū. De odore dicit sponso Canti.iiij. Odor vnguētoꝝ tuoꝝ sup oīa aromata. Jbidē. Odor vestimētoꝝ tuoꝝ sicut odor thuris. Quere infra. libro.xij. pricula.ij. de delectabilib⁹ orti. ī q̄ro delectabili. Jtē btūs iohes euāgelista visitat⁹ a christo. dicit ei. Odor tu⁹ concupiscētias in me excitauit eternas. Jtē Ecci .xxiij. Quasi balsamū nō mixtum odor me⁹. De p̄tectōe in p̄s. Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ ꝓtege me ꝛc̄. Jtē. In vmbra alaꝝ tuaꝝ spabo donec trāseat iniq̄tas. Ale x̄pi fructes q̄b⁹ volauit ad celū. Ut ale eius. brachia extēsa in cruce. De q̄bus dicit Malach.iij. Sanitas in pennis ei⁹. De refrigerio Hiere.vi. Interrogate de semitis antiq̄s que sit via bona ꝛc̄. et

Johes euāgelista

H

J

Et benedictus fructus vētris tui.

inueniet refrigeriū aīabus vestris. Hec via christ⁹ domin⁹. Dic g fidelis anima. ¶Sub vmbra illi⁹ quē desideraui sedi. ¶Ecce duo necessaria volētiby sentire fruct⁹ hui⁹ dulcedinē et cōmunicare ei ad salutē. scz passiōis imitatio. Undel ¶Sub vmbra illi⁹ sedi ¶letabūda. secura ⁊ q̄eta. Et desideriū intētū. Unde dicit. ¶Desideraui. ¶Itē in sessiōe notat reges. vt q̄escas puerse agere. Isa. i. Quia pri⁹ necesse est cessare a peccato. In sedēdo iferior ps corpis ꝑ̄ius terrā q̄escit. pars supior ꝑ̄ius celū laborat et mouet. Sedere g̃ est q̄escere ab appetitu rpaliū. et laborare p eternis. vt sic sentiat dulcedo fruct⁹ hui⁹. Unde sequit. ¶Et fruct⁹ ei⁹ ¶i. corpis ⁊ sanguinis ei⁹ pceptio qua reficimur et sustētamur in via pegrinatiōis nr̄e. Uel ¶Fructus ¶i. efficacia sacramēti ¶dulcis gutturi meo. ¶i. intime affectōi mee. aīe mee. Et bene dr ¶Gutturi ¶p q̄d vor trāsit. vt q̄ hanc dulcedinē sentire desiderat. ꝑ̄ius accedat. ꝓfessus fuerit pcā sua. vt in voce exultatōis ⁊ ꝓfessionis sit son⁹ epulanc. Itē Osee in fine. Sedētes in vmbra ei⁹ ¶vt sup. ¶viuēt tritico. ⁊ germiabūt q̄si vinea. Uiuēt tritico ¶i. corpe ⁊ sāguīe xpi. ¶Uiuēt ¶h̄ p gr̄az. ⁊ p gl'iam in futuro. Septuaginta dicūt. Inebriabunt tritico. ¶Et germiabunt q̄si vinea. ¶christū sc̄z q̄ est vitis vera in suis opiby humiliter imitātes. Hūilitas enī in germine designat. Alioq̄n nisi ꝑ̄us sub vmbra ista sederint p imitatōem eorū q̄ gessit christ⁹ in carne. et seq̄lā vestigiorū que calcauit in cruce. h̄ fructu ⁊ h̄ tritico morient. Quia celest panis nō est san⁹ nisi sanis. Unū q̄dam. In dñi mēsa q̄d tractas sedulo pēsa. Uiuere siue mori ꝓfert q̄d porrigis. ori. Uiuere p causā. mori p occasionē. Necessariū est etiā desiderū. scz venie gr̄e et gl'ie. Unū dicit ¶desiderauī. ¶Job. iij. Anteq̄ ꝓmedā suspiro. desiderādo sc̄z hec tria ⁊c. Hoc aūt desiderīū digna ꝓmestio fruct⁹ huius suscitat ⁊ inflāmat. Unū ipemet dicit Eccī. xxiiij. Qui edūt me adhuc esuriēt ⁊c. Hec ptinet ad guttur ecclie q̄ hūc fructū ñ esurit. Itē ¶fruct⁹ ei⁹ dulc gutturi meo. ¶Dulc ei ē hic fruct⁹ in ore pdicantiby. Dulcior in palato meditantibus. Dulcissim⁹ in gutture gustantib⁹.

Christus est dulcis

- In verbo. Unū. Quā dulcia faucib⁹ meis eloq̄a tua. sup mel ori meo. Itē Joh. vi. dicit petr⁹ hāc ꝺgustās dulcedinē. Dñe ad quē ibim⁹ ꝑ̄ba vite eterne habes.
- In exemplo. Mat. xi. Discite a me q̄z mitis sum et humilis corde.
- In ꝑmisso. Apocal. ij. Uincenti dabo mānā absconditū.
- In iugū iponēdo. Mat. xi. Tollite iugū meū sup vos ⁊c. Jugū ei meū suaue ē ⁊c.
- In opatōe. Quia p eū ceci vident. claudi ambulant ⁊c. Matth. xi.
- In peccatorū dimissiōe. Ezech. Quacūq̄z die peccator cōuersus fuerit ⁊c. omniuz iniquitatū ei⁹ nō recordabor.
- In filioz flagellatōe. Unū. virga tua ⁊ bacul⁹ tuus ipa me ꝓsolata sunt. Itē. Quo modo miserē pater filiorū ⁊c.

Tandē sentiet dulcissim⁹ in ꝑmij retributōe. qñ ababit nos seipo qui est mānā absconditū. Apocal. ij. ⁊ torrente voluptatis sue potabit nos.

Item dulcis

- Gustui. i. Petri. ij. Si tamē gustastis quoniā suauis est domin⁹.
- Tactui. ij. Regū. xxiij. Ipe ē q̄si tenerrim⁹ ligni ꝑmicul⁹. q̄ nihil molli⁹ dū tāgit.
- Auditui. Quia ipe verbū dulce. q̄d mltiplicat amicos. patri. ſ. Eccī. vi. Uerbū. ſ. et suaue.
- Olfactui. Eccī. xlix. Memoria iosie in ꝓpositōe odoris ⁊c. Josias christus.
- Uisui. i. Pe. i. In quem desiderant angeli ꝑspicere.
- Intellectui. quē illuminat cum sit veritas.
- Affectui. quē pascit cum sit caritas.

De multiplici benedictōne bñdicti fruct⁹ marie.

Item de benedictōe hui⁹ fruct⁹ benedicti dicit ꝑpheta deo patri. Dñe ꝑuenisti eū in benedictōiby dulcedinis. posuisti in capite ei⁹ coronā ꝺ lapide ꝑcioso. Bene dicit ꝑuenisti. q̄z has benedictōes ei ante ortū dedit

- Prima bñdictio. sicut dicit ibi glo. immunitas peccati ⁊ impotētia peccādi. Caruit enī originali. q̄d ꝑbat mr̄is ꝑginitas. ⁊ actuali. q̄d patris diuītas. Jō vocat eū

petrus agnū ymaculatū.qz caruit macl'a originalis.z incōtamiatū. qz caruit oīm cōtagio actualis. Jdo dicit cādelabrū Exo.xxxvij. Exo.xxv. Facies cādelabrū ductile de auro mūdissimo.z pones i eo lucernas septē. Christ⁹ recte dicit candelabrū.qz illumiat omnē hominē venientē in hūc mūdū. Ductile nō fusile. qz nō semine hois trāsfusum.sed ope sancti spirit⁹ deductū. Ex auro mūdissimo .id ē ex purissimo virginis sanguie.q fuit aurū mundū in sanctificatōe.mundi⁹ in spiritusancti supuentōe.mūdissimū in filij dei conceptōe.q ignis cōsumens ē. In filij enī dei cōceptōe ita pfectissime purgata est mater.vt nec etiā venialit postea posset peccare. Jdeo caro ei⁹ et sanguis dicit aurū mūdissimū. Et pones i eo septē lucernas. .id ē septē dona spūssancti .que recēuerūt in christo. Et nota q iohes baptista licz sanctificat⁹ fuerit in vtero.verūtamē potuit postea peccare saltē venialiter. Unde dicit christo Dat.ij. Ego a te debeo baptizari .i.a potētia peccandi q est a fomite.purgari zc.

Christ⁹ candelabrū

Secūda.osummata virtutū pfectio. Licet enī in baptismo infundant̄ ꝥtutes puro.nō tñ cōsummate sunt.qz nō potest adhuc eas pfecq opando.sed christ⁹ habuit osūmatas. Unde ysa.iij. Apphendēt septē mlieres .i. vniuerse ꝥtutes q p septenariū virū vnū .i.christū.qui in instanti sue osceptōis fuit vir pfectus qntū ad sapiētiā z virtutē.et qntū ad organizatōez mēbroz. Jdeo dicit. Nouū faciet dñs sup terrā.femia circūdabit virū. Quia alij hoies nouē mēsibz formant̄. De sapiētia Eccī.i. Dis sapiētia a dño deo est.z cū illo fuit semp.z est ante euū. De ꝥtute .i.ad Chor.i. Jpe est dei virt⁹ et dei sapiētia.que vtraq nec minui potest i se.nec augeri. Unde Boeci⁹. Stabilisq manēs dat cūcta moueri zc.

Boeci⁹

Tercia.omnis sapiētie z sciētie plenitudo. Ubi⁹ enī pficit affectū.sapiētia intellectū. Et ipe pfect⁹ fuit in vtroq. Col.ij. In quo sunt oēs thesauri sapiētie z scientie abscōditi. Ei⁹ enī sapiētia vniformit cognoscit ꝑterita ꝑsentia z futura. Unde Eccī.xxiij. Oculi dñi ml'to pl⁹ lucidiozes sup solē zc. Et ponit hic qttuoz p q ostendit nihil latere ipm sapientiā.z in infinitū excedere lucē solis. Sol enī solus videt sup ficiē rei sibi exposite.sed nō interioza ipi⁹ rei. Sed sapiētia dei attingit a fine vsq ad finē zc. Job.xxvi. Aud⁹ est infern⁹ cozā illo .nec est opimētū pditōi. Et ideo dicit.multo. Pl⁹ ibi ponit.qz oculi solis.i.radij solū vidēt cozpalia. ocli dñi spūalia. Lucidiozes.qz radij solis nō vident nisi ꝑsentia.oculi dñi ꝑterita.ꝑsentia z futura. Sup.qz sol solūmō mittit radios ad ea q sub ipo sunt. oculi dñi vident ea q supza solē sunt sicut ea q infra . De hac bñdictōne dz Deutero .xxxiij. Bñdictio eius q apparuit in rubo veniat sup caput ioseph zc. Joseph christ⁹ ac crescēs. Unde. Jesus ꝓficiebat sapiētia zc. Solutio. Ei⁹ sapiētia ꝓficiebat extē siōe nō intēsione . Sic doctoz extēdens doctrinā i discipulos ꝓficit. z sicut candela que ex se candelā accēdit ꝓficit lumis extensiōe.nō intēsione.

Bene dictio

Quarta. plenitudo fruitōis.qz ab instanti cōceptōis sue ita plene fruebat̄.sicmō.z qđ est mirabili⁹. fm eandē animē partē simul patiebat̄ et fruebat̄. Jdeo dicit i ꝑsona christi hois. Prouidebā dñm in ospectu meo semp.

Aug⁹

Quinta.diuersarū naturaz vnio.que fm Augustinū tal' fuit vt deū faceret hoiem.z hominē deū. Hec est bñdictio dulcedis.qz nec aīa postq a ꝥbo assumpta ē ab eo sepata fuit.et ita nō peccare aīa christi potuit.nec caro similiter postq a diuinate assumpta est ab ea relicta est.vnde nec ꝓpter hoc cozrūpi potuit in sepulcro. De istis quinq benedictōib⁹ dicit Deutero.xxxiij. Neptalim abundātia pfruet. Neptalim interptat dilaratus. Hic est christ⁹ cui⁹ fides p totuz mundū dilatata est. He sunt benedictōes dulcedis. Terrene vero bñdictōes.de quib⁹ dicit̄ps. Beatū direrunt populū cui hec sunt.sunt amaritudis. qz in amaritudinē cōuertūt. Sed de hac dulcedine dicit Bene.xxvij. Ecce odoz filij mei sicut odoz agri pleni qui benedixit domin⁹.

Sequitur. Posuisti in capite ei⁹ .i.in principio ꝑdicatōis ei⁹ coronā de lapide ꝑcioso .i.lapidib⁹ ꝑciosis.scz duodecim aplis.qui eū ꝑdicantē quasi coz na caput ambiebāt. Matth.v. Uidens iesus turbas zc. et cū sedisset accesserunt

ad eū discipuli ei⁹.et aperiēs os suū docebat eos ⁊c. Hi sunt duodecim lapides quos summ⁹ pontifex portabat in rōnali. Exod.xxviij. Job.xxix. Cū sederē q̄si rex circūstante exercitu ⁊c.

Aliter. Corona eterne glorie/que finē nō habet. que dicit de lapide pcioso qui ē topazion.id ē omnicolor.q⁹ fm Gregoriū oīm coloꝛe resplēdet. Est ergo sensus. Posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide pcioso .i. coronā glie omnē decoꝛē habē tē. Pro hac corona habēda inq̄ntū homo pugnauit ipe.et docuit oēs pugnare. q⁹ nō coronabit nisi q̄ legitime certauerit .ij. ad Thimo.ij. Assigna de lapide sub septenario vel duodenario. Grego.

Moraliter. Posuisti in capite ei⁹ .i. in mente iusti/que ē caput. Eccl'iastes.ix. Oleum de capite tuo ñ deficiat. Corona de lapide pcioso .i. ornatū virtutū. In hac corona q̄ttuor lapides pcios. Prudētia ab ante/vt caueat a futuꝛs. Justicia a posteriori/vt satisfaciat de pteritis. Tēperātia a dextris/ne dissoluat p̄ pspera. Fortitudo a sinistris.ne frangat p aduersa. Et hec corona est dyadema.

Item fructus iste mirabilis. Unū ps. Scitote quoniā mirificauit dns .i. pater sanctū suū .scz christū.qui ē sanctus sctōꝛū.i. mirabilē fecit.⁊ ꝑ mltipliciter. U

Primo In cōceptiōe.q̄n femia circūdedit virū. Hiere.xxxi. Interl. Gremio vteri sui. Isa.xlix. In die illa .scz dñice cōceptōis apprehendēt septē mulieres .i. vniuersę virtutes virū vnū .i. christū.

Secūdo In natiuitate.q̄n exiuit de vtero virgis clausa porta. Ezech.xliij. Porta hec erit clausa principi. intrāti scz ⁊ exeunti.sicut radius solis intrat ⁊ exit p vitrum sine sui ⁊ vitri corruptiōe.

Tercio In p̄dicatiōe. Joh.vij. Nunq̄s sic locut⁹ est homo/sicut hic loquit. Et petrus Joh.vi. Verba vite eterne habes.

Quarto In passione.vbi posuit faciē suā vt petrā durissimā. Isa.l. Et sol obscuratus est.et petre scisse. Matth.xxvij.

Quinto In resurrectōe. quādo nō dedit sanctū suū videre corruptionē. sed cito resuscitauit.⁊ clauso sepulcro exiuit.

Sexto In ascēsione.q̄n virtute deitatis ascēdit cū triūpho. Isa.lxiij. Quis est iste q̄ venit de edom ⁊c.gradiens in multitudine virtutis sue. Propter hec oīa vocatū est nomē ei⁹ admirabil'. Isa.ix. Itē. Cātate dño cāticū nouū.q⁹ mirabilia fecit.

Aliter christus mirabilis X

In hoc q⁹ cū esset diues voluit p nobis fieri paup.ij. Chor.viij. Scitis gr̄az dñi nr̄i iesu christi/q̄m ꝓpter vos egen⁹ fact⁹ est cū esset diues/vt illi⁹ inopia vos diuites essetis.

Quia cū semp esset in gaudio.p nobis voluit pati ⁊ mori in tormēto vilissimo. ad Heb.xij. Christ⁹ ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucē ⁊c.

Quia cū essz sūme innocēs voluit iniqu⁹ reputari. Isa.liij. Et cū iniq̄s deputat⁹ ē.

Quia pati voluit p inimicis. qđ multo pl⁹ est q̄s si p amicis. Unū Joh.x. Maiorem caritatē nemo habz q̄s vt animā suā ponat q̄s p amicis suis. Habuit tñ maiorē. quia mortuus est p inimicis.

Quia cū vno solo verbo posset saluare mundū.q⁹ dixit ⁊ facta sunt .tñ tot et tanta p mūdo voluit sustinere. Unde Luc.ix. moyses ⁊ helyas loquebant cū eo de excessu quē cōpletur⁹ erat in hierusalē. Et hoc totū fecit vt nos ad amoꝛē suū allice ret.et vicii ingratitudis in nobis extirparet. Ingratus enī fuerat hō beneficio creatōis.qđ sine pena ei dns impēderat. Sed beneficiū recreatōis nō sic. Beat⁹ Bern. Bern. Hemēto hō te et si de nihilo factū.nō tñ de nihilo redemptū.

Et nota q⁹ q̄druplex fuit volūtas in christo.q̄s pater mirificauit.sicut christ⁹ dic̄ de patre. Sanct⁹ q̄ sunt ī terra ei⁹ mirificauit oēs volūtates meas in eis. y

Deitatis.hec mirificata est omnia que sunt faciēdo.

Ratōis.q̄ pati voluit.mori.et resurgere.que homies etiā sibi obedientes facit mori Volūtas pctō./et resurgere p gr̄az. Mirificata ē/ pr̄i vsq⁹ ad mortē obediēdo. Phil'. ij.

Bēualitatis.qua voluit nō mori. Matth.xxvi. Pater si possibile est trāseat a me

calix iste. Hec mirificata est/se verū hominē esse ostendēdo.et infirmitatē nostraz se veraciter assumpsisse.

¶ Cōpassionis.qua cōpassus est peccatoribꝰ.Luc.xix.Videns ciuitatē fleuit sup illam ⁊c.Osee.vi.Misericordiā volo et nō sacrificiū.Quā mirificauit/etiā indignis cōpatiendo. ¶ Nas inquā volūtates Lmirificauit sanctis J nō iudeis/aut pagānis.qz his scandalū vel stultricia.i.ad Chorī.i.⁊c.Lsanctꝫ Jscz Lqui sunt ī terra eiꝰ J id ē qui spem suā quasi anchorā in illa terra que est eiꝰ .scz terra viuentiū fixerūt. ne seculi fluctibus submergant.

¶ Multa alia de hoc fructu mirabili inuenies libro.xij.particula ꝑma.ꝛ.versu ozri cōclusi.vbi ille ozꝰ dicit mirabil'.que debuissent hic scribi.

De maria frequenter salutanda Capitulū.viij.

ITur quia tam dulcis.tā festiua. A

tam celebris.tā deuota.tā efficax.tā suauis/est salutatio quā christꝰ mandauit beate virgini marie .quādo mūdū hac mediatrice saluare decreuit. dignū et iustū est vt a christicolis creberrime ⁊ deuotissime recitet in terris .cū a celicolis vt vere credit frequentet in celis ad honorē et gloriā virginis glorioſe.Un canit eccl'ia.Te laudant angeli ⁊c.Si enī tā affectuose et sedule saluramꝰ .caput nudamꝰ.inclinamus.assurgimꝰ.genua flectimꝰ.salutatōnē rotiēs replicamꝰ.familiares et cognatos ac socios magnatū.quoꝝ cōsilijs ⁊ auxilijs in curijs indigemus.⁊ ipoz benivolentiā captamꝰ ereptijs et muneribꝰ/ et quibuscūqꝫ ꝑualemus modis.quid faciēdū est tā potētissime matri in curia vnigeniti sui.cui nō solū efficaciter supplicare.sz etiā materna autoritate ꝑualet imperare.

Itē si ioculator esuriens ad plenā mēsam diuitis cāraverit/nūquid ei cibꝰ negabit? B Similiter si ꝗs tēpoza alia cōtemnens /et gratiā esuriens veniat ad mēsam matrꝭ dñi toto corde et affectu dicēs.LAue maria gratia ⁊c.Jnūquid ipa largitaſ ei gtiā poterit denegare? Saltē erquo gratia plena est/vl' aliqua fragmēta gratie largietur. Ipa enī fauus melleꝰ est/cui dicitur Cāti.iij. Fauus distillās labia tua.ꝙ si bene cōpressus fuerit tactu labioꝝ deuote ozātis/dulcedinē melleā facile distillabit. Ipa vellꝰ gedeonis madefactū roze gratiarū.quod cōpressiōe leuissima devote salutatōis ⁊ ozatōnis/larga distillabit stillicidia super terrā cordis humani. Ipa virga gracillima est ꝑ summā humilitatē.que flatu aure tenuis.id ē humilis salutatōis vel ozatōis facile poterit inclinari. Inclinata vero secū afferet flores ⁊ fructū suum.

Item si quis assidue magnatē aliquē aut potentē salutaret.licz indignabundū ⁊ superbū.nō esset tam illiberalis quin salutatoze suū resalutaret aliqndo .saltē victꝰ importunitate.iuxta illud Ecclīastici.xlij. Erubesce a salutātibꝰ de silētio. Nunquid magis indignātis nature erit mater misericordie mulierū humillima? Absit. Resalutat autē beneficia tribuēdo. Satis enī ꝑbabile et credibile est ꝙ qui sepe beate virgini salutationē angelicā replicaret.sczLAue maria Jvsqꝫ Lfructꝰ vētrꝭ tui J.ipm benedictū fructū a bñdicta matre qñqꝫ in ꝑmiū repoztaret. C

Sed notādum ꝙ qui beatā virginē digne salutare vult aut ozare.oportz eū priꝰ animā ꝑparare. Unde ecclīastici.xviij. Ante ozatōem ꝑpara animā tuā.⁊ noli esse qsi homo qui tēptat deum. Alioquin oportebit eū iterare ozatōem suā. qđ ꝓhibetur Ecclīastici.vij.L Nō iteres verbū tuū in ozatōe. Jid ē sic devote oza ꝙ nō oporteat iterare. Gregoriꝰ. Dic scilicz vir sapiēs nequaqꝫ nos ꝓhibet sepiꝰ veniā petere/sz culpas iterare. Ac si apte dicat. Cum male gesta fleueris /nequaqꝫ rursus facias quod ꝑcibus iterū plāgas. Minus enim efficax et vtilis est marie salutatio vel directa ad eā ozatio /cū ꝑsumitur ab indigno. Unde anteqꝫ dñs ozare doceat discipulos Matth.vi.ꝑmittit de virtutibꝰ instructionē .Sicut enī peccatores deus nō audit. Joh.ix.sic nō est speciosa laus vel salutatio in ore peccatorꝭ. Ecclesiastici.xx. In ozatōe que desunt nobis suggerimꝰ.et rogamꝰ et querimꝰ nostre cōpassionē miserie. Sed hāc nō merek/qui aliene glorie cōgratulari nescierit.

Gregoꝰ.

Maria frequēter est salutanda.

Sic enim celesti hierusalē cōmunicamus in ratōne dati et accepti. cū ei cōgratulationē impendim⁹. et ipa vicissim cōpassionē nobis. Q⁹ si sanctorū omniū gaudio cōgaudendū est vt eos habeam⁹ ppicios. magis et frequētius oportet beate virgini cōgaudere. cui risum fecit dñs. vt omnes audiētes pariter corriderēt. Sicut dicit sara Genes. xxi. Que figurabat mariā. Hinc est q⁹ a fidelib⁹ consueuit hec salutatio frequētari. nec ad insipientiā salutātib⁹ si se dignos exhibeant. et se pparent ad salutandū.

Q⁹ autē hec salutatio acceptabil' sit marie. ostendit in eo q⁹ prius ab angelo legitur E
salutata. nec ipo foris stante. sz ingresso ad eā. Ergo et angelū te esse oportz. et ad
eam intrare. si digne voluerz salutare mariā. Angelū facit. puritas. caritas. humi-
litas. que tria inueniunt ī angelis pminere. Puritas. quia sicut a carne sic a car-
Diero. nis illecebris penit⁹ sunt īmunes. Et sicut dicit Hieronym⁹. In carne pter car-
nem viuere nō humana vita est. sed celestis. Caritas ī vite cōmuniōe probat. qz
celestis hierusalē participatio ei⁹ in idipsum est. quia null⁹ ibi suū aliquid esse di-
cit. sed sunt illis omnia cōmunia. Humilitas angelorū in obediētia et ministerio
cōprobatur. in quo sine murmure. sine cōtradictōne. sine deceptōe dño cōtempe-
rant. Qui enī per tres istas virtutes angelū se nō exhibet. nō est idoneus vt ad sa-
lutandā virginē admittat in cōclaue celesti. in quo maria assumpta est ad ethereū
thalamū. in quo rex regum stellato sedet solio. Hec tria agnouit angel⁹ in maria.
et hec tria querit gloriosa virgo in suis salutatorib⁹ inuenire. Unde et q. Gratia
plena. dicit. ad humilitatē refertur. que sola gratia meret impleri. quia sicut dicit
Jaco. iiij. Deus superbis resistit. humilib⁹ dat gratiā. L. Domin⁹ tecū. ad caritatē.
quia deus caritas est. et qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. L. Bene
dicta tu ī mlieribus. ad puritatē. Q⁹ si hec habeas. et p hec angel⁹ sis. necessariū
est vt sis gabriel. id ē fortitudo dei. vt ñ tue ascribas fortitudini q̄quid boni ha-
bueris. sed diuine. Et sic tibi patebit ad mariā ingressus.

Item q⁹ digne tantā reginā salutare nō sit q̄libet dignus. ostendit dñs cum ad eam F
salutandā nō nisi angelū misit. Per hoc euidēter ostēdens. q⁹ qui saluratōem suā
ab ea desiderat acceptari. angelicā vt supra dictū est vitam debet imitari. Ut sit
videlicz pacific⁹. quia inter angelos maior nō opprimit minorē. sed omnes in sū-
ma pace et quiete cōsistunt. Sit etiā humilis. Angelus enim hominē qui terra
et cinis est. nō dedignat custodire. nec inde erubescit. Sit obediēs. id ē precepta
domini adimplēs sine inuidia. Stella enim differt a stella in claritate. nec ñ vna
alij suam inuidet claritatē. Similiter angelus bono cuiuslibet socij nō inuidet. sz
Beda congaudet. Das ppetates attribuit Beda angel' sup illō Exod. xxv. Facies mihi
sanctuariū iuxta omnē similitudinē quā ostendā tibi.

Nota etiā q⁹ ad salutationē marie tria principaliter nos inuitāt. scz gabrielis exem- G
plū. qui eā primus legit salutasse. etiam anteq̄ esset mater dñi. Resalutatōnis lu-
crū. vt supra. Et iohānis tripudiū. Si enim nos se salutātes resalutauerit. exul-
tabit in gaudio infans. id ē gaudiū ineffabile in vtero mētis nostre. vt possimus
dicere. Ecce vt facta est vox salutatōis tue in auribus meis exultauit in gaudio in-
fans in vtero meo. Hinc dicit ap'lus ad Roma. xvi. Salutate mariā q̄ multū la-
borauit in vobis. pro vobis orādo. in egiptū fugiēdo. pauptatē sustinēdo. ¶ Sz H
qualiter salutabis. frequēter. fideliter. sapiēter. Frequēter. quia tota pulcra ē. Cā-
ticorū. iij. Isaie. xxiij. Bene cane. frequenta canticū. vt memoria tui sit. Fideli-
ter. vt corde ore et opere saluteť. Ne merito possit btā virgo illud respōdere Isa.
xxix. Popul⁹ hic labijs me honorat. cor autē ipsorū longe est a me. Sapiēter. vt
recta intentōne saluteť. Quidā enim salutāt nobiles puellas. vt de illarū familia-
ritate iactare se possint. Sic multi salutant frequēter mariā. vt eā diligere vide-
antur. Sed tales nō resalutat. quia ipa nouit abscōdita cordis. sicut dicit ipa Ec
clesiastici. xxiiij. Penetrabo omnes inferiores terre. et inspiciā omnes dormien-
tes. ¶ Nota nō sunt digni salutari a nobis excōmūicatus. bō alten⁹ legz. hostis. I

¶ Diabolus excõmunicatus est. quia falsificauit bullã summi pontificis. i. formã suam qui erat signaculũ similitudis dei .Ezechiel.xxviij. Item incendiarius fuit sanctorũ locorũ.id ẽ illoꝝ duorũ temploꝝ que fecerat deus. scz adam et eue. Omnes enĩ iusti templa sunt dei.vt dicit.i.ad Chorin .iij.et.vi. Templũ dei sanctum est qđ estis vos. Itẽ manus violentas iniecit in clericũ. imo in ipm papaz. id est christũ. Et quia nõ habet supiorẽ a quo petat absolutionẽ .et ab illo ñ vult. ideo nõ potest absolui. Propter hoc dicit.i. Regũ.ij. Si peccauerit vir i virũ placari ei potest de⁹.si autẽ i deum peccauerit vir./ quis orabit ꝓ eo: Ille excõmũicatus salutat nos./dũ peccata spiritualia suggerit vt interficiat.sicut ioab amasam saltando occidit.ij. Regũ.xx. Hunc resalutat./qui eius suggestioni cõsensum prestat./et fit excõmunicatus.ad Roma.i. Non solũ qui ea faciũt.sed qui eis cõsentiunt digni sunt morte. Nõ ergo salutand⁹ vl' resalutãdus est excõmũicatus. Johan.ca.ij. Si quis venit ad vos et hãc doctrinã nõ affert./nolite recipere eũ i domũ.nec aue ei diceritis .Qui enim dicit illi aue./ cõmunicat opibus ei⁹ malignis.

¶ Homo alteri⁹ legis est caro.cui⁹ lex contraria est legi spirit⁹.ad Rom̃.vij. Video autẽ alterã legẽ in mẽbris meis./repugnantẽ legi mentis mee. Horũ autẽ qui sunt alterius legis quidã sunt gentiles idola colentes.scz motus luxurie. qui in corde suo faciũt masculinas imagines ⁊ femininas.sic dicit Ezech.xvi. Fecisti tibi imagines masculinas.et fornicata es in eis .Alij sunt iudei qui legẽ ⁊ sacrificia carnaliter seruãt.id ẽ motus gule. Alij heretici latenter corrũpentes .id ẽ motus sub vtutis vel necessitatis specie ad peccatũ inclinantes. Primi.i.pagani sunt occidẽdi gladio abstinẽtie. Psal'. Accingere gladio tuo sup femur tuũ potentissime. Judei nõ sunt occidendi./sed fame ⁊ miseria cruciãdi. Heretici vero sunt cõburendi igne.quia spiritui sancto cõmittendũ est vt reueler in talibus vtrũ spiritus sint ex deo. Hic homo alteri⁹ legis salutat./dũ caro voluptatẽ suggerit. hunc resalutat qui cõsentit ⁊ excõmunicat⁹ efficitur. Eccliastici.ir. Cũ saltatrice ne sis assidu⁹:/ nec audias illã. ¶ Hostis est mũdus. Unde Jaco.iij. Quicũqꝫ voluerit esse amicus huius mũdi./inimic⁹ dei cõstituitur. Hic salutat./dũ diuitias suggerit vl' honores.dicẽs cũ iuda. Aue rabi.et osculatur eũ./et prodit simul.sed nõ est resalutãdus ꝓ consensum. Unde ps. Diuitie si affluãt nolite cor apponere. ¶ Horũ triũ salutatiõnes nõ recipit maria.quia humilis ⁊ pauper et virgo fuit./vt dictũ est. Et ideo merito dixit ei angelus. Aue.id est sine omni ve.

Finit primus liber de
angelica salutatõe.

Incipit liber secundus de laudibus

beate marie habens septem particulas

In prima agit de .xl. specialib⁹ causis quare marie seruiendũ.

In secunda agit quomodo ipa nobis seruiunt in filio.

In tercia quomodo ipi seruiendũ de corde.

In quarta quõ ipi seruiendũ de singulis membris et sensib⁹.

In quinta quomodo ei seruiendũ de ore ⁊ labijs.

In sexta distinguit que ꝓprietates necesse sint volẽtibus ei seruire ad beneplacitũ suum.

In septima agit de festo eternitatis ad qđ hõ redijt ꝓ mariã et partũ ipius.

Incipit particula prima de .xl. specialibus causis quare marie sit seruiendū.

Oclusa multipici seruire dei genitrici Debes dū viuis. post mortē viuere si vis.

Prima. Quia filius dei cui⁹ oīs actio christiani est lectio. honorat et magnificat matrē suam. iuxta qđ pcipit Exod. xx. Honora patrē tuū et matrē tuā ⁊c. Mater enī christi p̄ naturā. mater est populi christiani p gratiā. Ideo de matre sua dicit ipe christ⁹ Isa. lx. ¶ Domū maiestatis mee ſcz mariā ¶ glorificabo ¶ Et paulo post. ¶ Locū pedū meoꝝ glificabo. ¶ Caput christi divinitas. i. Chori. v. Caput christi de⁹. Pedes quib⁹ venit ad nos hūanitas. cui⁹ loc⁹ vterus v̄ginalis. Quē ſcz locū put possum⁹ debem⁹ honorare. qz oīa bona venie gratie ⁊ glorie nobis inde affluerūt ⁊ affluūt incessanter. Eccēs. i. ¶ Ad locū vnde exeūt flumīa reuertunt vt iterꝝ fluant ¶ .i. reuerti debēt. p iugē recordationē. p debitā veneratōꝝ. p gratiarū actionē. et ꝑ vt iterū fluant.

Secūda. Quia spūſsctūs mariā p̄cipit honorari. ibi. Adorate scabellū pedū ei⁹ qm̄ sanctū est. Quere libro. x. titulo. ix. q⁹ maria dicit scabellū. Hoc scabellum ad litterā adorauerūt tres magi adorātes mr̄em cū filio. Mat. ij. Honorare siđē mariā thesaurizare est sibi vitā eternā. Eccī. iij. Sicut q̄ thesaurizat. ita et q̄ honorificat matrē suā. i. mariā. Eph. vi. Honora p̄rem et mr̄em tuā. qđ est māda-tū primū in pmissiōe. vt bñ sit tibi. et longeu⁹ sis sup terrā. Pater nr̄ christ⁹ q̄ genuit nos fm q⁹ de⁹. Unū Jaco. i. Volūtarie genuit nos v̄bo v̄itatis ⁊c. Et fm q⁹ hō mirabiliter pepit nos in doloribꝫ passionis. Unū Joh. xvi. Mulier. i. humana christi natura. cū parit tristiciā habꝫ ⁊c. Unū dicit Mat. xxvi. Tristis est anīa mea vsqꝫ ad mortē. Mater nr̄a maria: q̄ licz nō nisi vnicū filiū carnaliter genuerit. i eo tamē spūalis mater effecta est magne multitudinis filioꝝ. q̄ꝫ p̄mogenit⁹ christ⁹. ad Ro. viij. Libro. vi. titulo p̄mo. q⁹ maria mater. m̄ta inuenies de huiusmodi.

Tercia. Quia q̄cq̄d reuerētie et honoris matri exhibet totū redūdat in filiū. et ecōuerso. Unū Eccī. iiij. ¶ Qui seruiūt ei obseq̄ntes erūt sancto ¶ .i. christo. q̄ est sanctus scr̄oꝝ. Dañ. ix. Et cos q̄ diligūt eā diligit de⁹. Sicut enī q̄ nō honorificat filiū nō honorificat patrē q̄ misit illū. Sic ecōtra nō honorificat filiū q̄ nō honorificat matrē que genuit illū. Hieronym⁹. Nimirū honor matern⁹ ei⁹ ē qui natus est ex ea. Idē. Null⁹ honor matris ali⁹ est nisi cū ille iure honorat q̄ nasci dignat⁹ est ex ea. Idē. Nulli dubiū quin totū ad gloriā christi ptineat. q̄cquid digne genitrici ei⁹ impēsū fuerit ac solēniter exhibitū. Bernus. Bernū. Nō ē dubiū q̄cq̄d in laudibꝫ matris pferim⁹ ad filiū ptinere. ⁊ rursus cū filiū honoram⁹ a mr̄is gloria nō recedim⁹. Ad ꝑ designdū brā illa mulier q̄ extollēs vocē de turba Luc. xi. volebat filiū collaudare. dixit illi. Beatus vēter q̄ te portauit. ⁊ vbera q̄ suxisti. intelligēs p spiritū sanctū i matris laudib⁹ filiū collaudari. Item Idē significatū est Cant. ij. Ubi postꝫ se laudauerat fili⁹ dicēs. ¶ Ego flos campi ⁊c. Statim trāsit ad ꝯmēdatōem matr̄s dicēs. ¶ Sicut liliū inter spinas. sic amica mea inter filias ¶ q̄ oñdit q⁹ laus sua laus mr̄is ē. ⁊ ecōuerso. Et vocat eā amicā. ad oñdēdū q⁹ sicut oīa ꝯmūia sunt ꝺe amāt⁹. sic laus vtriusqꝫ ꝯmūis est vtriqꝫ. ⁊ q⁹ post laudē filij succedit laus matr̄s p̄mo loco. Hildefonsus. Hildefonsus. Item btūs hildefonsus. Ut fiā ser⁹ devot⁹ filij generati fidel⁹ appeto fieri fu⁹ genitricis. ⁊ vt ꝓber fuire dño i restioniū ꝯgo sup me dominiū mr̄is ei⁹. Sic ei referr̄ ad dñm q̄d fuit ancille. ⁊ redūdat i filiū q̄d i pēdit mr̄i. sic alēnat i nutrito q̄d adhibet nutrici. Sic trāsit honor i regē q̄ deferturta. Quia p ipaꝫ ⁊ i ipa ⁊ ex ipa auget gl'ia patris et filij et spūſsancti. Unū i ꝑsal. ¶ Magnus dom⁹ et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. ¶ Licz enim in omni creatura sit deus

Alcuin⁹

magn⁹ et laudabilis nimis .tamē nominatim dicit magnus et laudabil' nimis in ciuitate dei nostri.que est maria. De qua dicit. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Alcuin⁹. In hac ciuitate et in hoc mōte magnus domin⁹ ⁊ laudabil' nimis .imo audacter dico./ maior et laudabilior q̄s in omnib⁹ creaturis. Qui enī celo terraq; nō capitur .et qui mūdū pugillo cōtinet hui⁹ vtero clausus est. et inde assumpsit vnde patri obediēs vsq; ad mortē extitit.propter quod et deus exaltauit illū.et dedit illi nomē quod est sup omne nomē. Dicat qui melius sentit. In nullo quippe mihi videt maior deus q̄s q̄ se hūiliauit homo fact⁹. nec vnq̄s laudabilior q̄s q̄ factus est clemētior.qui omnipotētiā suā maxime parcēdo et miserēdo manifestat. Propter ℟ dicit de maria.i. Cho.xi. Mulier glia est viri. Et proverb.xij. Mulier diligēs corona est viro suo.

Quinta. Quia p ipam et in ipa ⁊ cū ipa ⁊ ab ipa habet mūdus et habuit ⁊ habiturus est omne bonū.id ē christū.qui est omne bonū./et summū bonū.et sine quo nihil bonū.qui est solus bon⁹. Unde ipe dicit Luce .xviij. Nemo bonus nisi sol⁹ deus. Et sine quo nemo bonus.qui omnib⁹ oīa factus est. vt oēs saluos faceret.⁊ q̄ in futuro erit omnia in omnib⁹.i.ad Chorin.xv.id ē sufficientia omniū. Uel omne bonū potest dici illud triplex bonū./sine quo nō habet summū bonū q̄d ē christ⁹. Bonū.s.venie gr̄ie et gl'ie. Ideo de maria dicit hūana natura sap̄.viij. Uenerūt mihi oīa bona pariter cū illa ⁊c.

Sexta. Quia inuēta maria inuenit omne bonū. Un ipa dicit puer. viij. Qui me inuenerit inueniet vitā./et hauriet salutē a dño. Ecce vita gratie in p̄senti.et salus eterna in futuro. Et in his duob⁹ cōsistit q̄cquid necessariū est. Ideo puerb.xviij .dicit de maria. Qui inuenit mulierē bonā .id ē mariā Inuenit bonū.⁊ hauriet iocūditatē a dño. Jocūditatē duplicē.cōsciētie hic.leticie i futuro.

Septima. Quia diligit diligētes se.imo etiā seruit seruientib⁹ suis. sicut infra ostendet. Unde dicit puerb.viij. Ego diligētes me diligo. Sed quicūq; diligitur a matre diligit et a filio./et ecōuerso.et per cōseqūns a tota curia celesti. Un sapie.viij. Hanc amaui ⁊c. Quere infra particula .iij.titulo q̄ debem⁹ marie dilectōem. Ideo dicit ipa cum filio Joh̄.xiiij. Qui diligit me./diliget a patre meo et a filio meo.et ego diligā eum ⁊c. Sequit in autoritate p̄ma . Et qui mane vigilauerint ad me inuenient me . Uigilandū est ad mariā.mane gratie./fugata nocte peccati. Item mane.innouata cōscientia per penitētiā. Item mane.vt volens ei seruire p̄ius exierit a nocte peccati. Item mane tēporis surgendū est ad celebrandum seruitiū eius. Uigilauerint ad me .id ē propter me habēdam ⁊ inuenīdā. Item ad me.id ē ad seruitiū meū quod decantandū est vigilanter et attēte. Unde multa miracula legunt accidisse. Sequitur. Inuenient me. Felix inuētio inuenire gratie inuentricē.qua inuenta inuenit omne bonū. Eccl'iastici.xxxij. Qui vigilauerint ad illam./excipient ei⁹ benedictionē. Ideo iustus quilibet tradere debet cor suū ad vigilandū diluculo ad dominā.per quam redemptus est et reconciliatus. Eccl'iastici.xxxix. Item sapiētie.vi. Qui de luce vigilauerit ad illā nō laborabit .id ē vl' in vacuū. Assidentē enī illam foribus suis inueniet .semp paratam auxiliari et pulsantē vt intret. Unde dicit in apocal'.iij. Ego sto ad ostū .liberi arbitrij. Fores anime p quas ad animā ītrat gratia marie.sunt timor ⁊ amor matris et filij. Istis foribus assidet pietas marie vt radius solis ad fenestrā clausam. que si aperiat statim intrat radius. Assidet etiā tanq̄s ianitor ⁊ custos.ne diabolus vel peccatū subintrēt portas nostras ad iugulandū et dep̄dandum. Porte iste sunt nostri sensus exteriores. Unde dictū est abrahe Gene .xxij. Possidebit .i. custodiet semen tuū .id ē viri iusti./ qui sūt filij abrahe portas .i. quinq; sensus inimicorū suorū .i.demonū et viciorū. quibus intrant ad animā iugulandam. Hieremie.ix. Mors intrat per fenestras .sensuū saliez. Si de sapientia intelligatur .fores eius duo testamenta. Item sapiētie.vi. Qui vigilauerit p̄pter illam .id ē mariā vel sapientiam adipiscendā erit securus .quoniaz dignos se ipsa

id ē mūdos et humiles. Circuit querēs. Circuit id ē vndiq; munit ne aliq; parte pateat ingressus hostil. z in vijs suis. Quādo videlicz imitātur illā. Ostēdit se illis hilariter. Vie illi⁹ sunt. humilitas. pietas. caritas. veritas. et hmōi. De quib⁹ ipsa cū sapiētia dicit Prouerb. viij. Beati qui custo diūt vias meas. Et de quib⁹ dicit Prouerb. iij. Vie eius vie pulcre. et oēs semite illi⁹ pacifice. Itē de his dicit ipa Eccliastici. xxiiij. In me gratia oīs vie. Scz que ducit ad vitā. id ē ad filiū meum. qui est vita. Custodiētib⁹ z ambulātib⁹ p has vias ostēdit maria seipaz hilariter eeuntib⁹ et ꝫ mūdo. Lz in oīi puidētia. quā ipa dat ad ꝓseuādā aīam. Occurret illis q̄si adiutrix fidelissima.

Boeti⁹ O Craua. Quia summ⁹ hon⁹. summa gloria. z sūma vtilitas est seruire marie. et ō ei⁹ esse familia. Ei ei seruire regnare est. sicut dicit Boeci⁹ de dño. z eius agi frenis summa libertas est. Uñ et dicit ei a filio. imo a tota trinitate Isaie. lx. Gens et regnū quod nō seruierit tibi peribit. z gētes solitudine vastabunt. Bene dicit solitudine. quia destituti tāte matris auxilio. et p cōsequens destituunt auxilio filij. et totius curie celestis. Sed ve soli. quia cū ceciderit nō habet subleuātem. Eccliastes. iiij. Seru⁹ autē marie si ceciderit ñ collidetur. q; dña misericorditer supponet manū suā. Ipa enī sola post filiū comes est. q̄ possit subleuare cadentē. Uñ dicit cum filio Osee. ix. Ue eis. cū recessero ab eis vastabunt.

Phus Jocunda est ad cōfabulādū. Uñ Sapiētie. viij. Erit allocutio cogitatiōis et tedij mei. Phs. Facūdus comes in via p vehiculo est.

Humilis ad ministrādū. Quod apparuit Luc. i. q̄n mīstrauit elizabeth minori se.

Dines ad exhibendū. Sapiētie. viij. Sciens quoniā mecum cōmunicabit ō bonis suis.

Tricesimatercia. Quia p incarnatõem verbi q̃ in ea facta est redit peccatrix aĩa ad ecclie vnitatẽ. Unꝺ Hiere.xxxi. Reuertere ẏgo israel'/reuertere ad ciuitates tuas istas. Usq̃ q̃ dolicijs dissolueris filia vaga? Quia creauit dñs nouũ sup terrã. Mulier circũdabit virũ.

Tricesimaquarta. Quia p mariã et christũ quẽ p mariã habuim⁹ q̃cquid pdi deramus p adam ⁊ euã./nobis est restitutũ. Beat⁹ berñ. Uehemẽter nob⁹ vir vn⁹ et vna mlier nocuerũt.sed p vnam mlierẽ et vnũ virũ omnia nobis restaurãt nõ sine magno fenore gratiarũ. Non enĩ sicut delictũ ita et donũ.excedit enĩ dãni estimatõem bñficij magnitudo. Sufficere q̃dem poterat christ⁹ .q̃ sufficiẽtia no stra ex deo est.sed nõ erat bonũ hominẽ esse solũ. Congruũ magis erat vt repatiõi eorũ neuter sexus deesset. q̃z corruptõni neuter defuerat. Ideo dicit eccl .xxxiij. Duo cõtra duo.vnũ cõtra vnuz Magister richard⁹ de scõ victore. Per marie puerperiũ recepit gen⁹ humanũ qđ in ꝑmo pente amiserat .et deiect⁹ est ille q̃ ꝑ mũ parentẽ deiecerat. ⁊ erectus ille q̃ ꝑus deiectus fuerat. ⁊ recupauit honorem quẽ amiserat.⁊ ablatũ est p filiũ ei⁹ opꝓbriũ nostrũ.⁊ deletũ imꝓperiũ nostr. Quale imꝓperiũ? Illo ꝺe q̃ legit. Do cũ in honore esset nõ intellexit./cõparat⁹ est iumentis insipiẽtib⁹ et similis fact⁹ est illis. Factus est enĩ homo ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ dei.grandis honor. Sed nõ intellexit. Ideoq̃ desperit .Despecta vero atq̃ reiecta similitudine dei./trãsfigurauit se ad similitudinẽ iumẽti. Ecce qua le dedec⁹. Iuxta magnitudinẽ honoris/magnitudo dedecoris. Uñ opꝓbriũ et imꝓperiũ. Et iõ iuste opꝓbria exꝓbrãtiũ ceciderũt sup eũ. Ideo ĩ ꝑsona ge neris hũani damat ꝑpha ad dñm. Aufer a me opꝓbriũ ⁊ ꝓptũ. Et exaudit⁹ est./

Berñ.

Magi ster Ri chard⁹ de scõ victore

ñndo de⁹ ꝓformauit se ad illã q̃ hõ trãsformauerat se silitudinẽ hũanã q̃ a se reie/
cerat diuinã. Et deus fact⁹ est quasi vn⁹ ex nobis ꝓpter suã hũanitatẽ. Et qõ di
cũ erat ꝑ ironiã de adã. ecce adã fact⁹ est q̃si vnus ex nobis sciẽs bonũ et malum.
possunt ex sentẽtia iã dicere pater et spũssanct⁹ de adã secũdo scz christo hoïe. Ec/
ce adã secũdus fact⁹ ẽ q̃si vn⁹ ex nobis. sciẽs bonũ et malũ ꝓpter suã diuinitatem.

A Ricesimaquinta. Quia ex partu et conceptu ei⁹ accreuit hũane nature ꝓ/
gatiua ⁊ dignitas mirabiľ. ex eo scz q⁹ filius dei mundũ redẽptur⁹ nõ assũpsit
angelicã naturã sed hũanam in ea ⁊ ex ea. Deb.ij. Nusq̃ angelos apphẽdit. scz se/
men abrae apphẽdit. Et ß fuerat ꝑfiguratũ Gen. xxviij. vbi sic legiť. Vocauit isa
ac iacob. et bñdixit. ꝑcepitq̃ ei dicẽs. Noli accipe ꝟxorẽ de filiabꝫ laban auunculi tui. Et sunt ꝟba dei ꝑris ad filiũ carnẽ sũpturũ. Cha
naan sicut dicũt interꝑtať possidẽs domũ. ⁊ sic̃ angelos q̃ in celesti domo sp assi/
stũt dño. De quoꝝ genere noluit de⁹ pater vt filius sibi copularet vxorẽ. i. assume
ret naturã. Mesopotamia interꝑtať elevata. Syria sublimis. Hec est hũana na/
tura elevata ⁊ facta sublimis. ex q̃ eam assumpsit sibi filius dei. Scz nõ ad quãcũq̃.
sed ad domũ bathuel mittiť. i. ad trãs ꝟginẽ. Bathuel enĩ virgo dei. vl' castꝰ dõ
interꝑtať. Quia ß ꝓuilegiũ btẽ virgini seruabať. Et ibi accepit vxorẽ de filiabꝫ la
ban. q̃ interꝑtať candidatio. i. de purissimis et mũdissimis sãguibꝫ btẽ ꝟginis car
nẽ. sicut dicit damascen⁹. Et de ꝟgine voluit nasci. ad denotãdũ q⁹ eccl'iam virgi
nẽ sibi virgini copularet. ij. Chor.xi. Despõdi vos vni viro ꝟginẽ castã exhibere
christo. Et ex ß maxima dignitas accreuit hũane nature. q̃ antea vilis erat. ⁊ cla
mabat ad dñm Treñ. i. Vide dñe ⁊ ꝓsidera. quoniã facta sum vilis. Scz post in/
carnatõem dicit christo. Cũ gl'ia assumpsisti me. ⁊ facta sum gl'iosa. sicut innobiľ
m'lier sublimať cũ a viro nobili in mr̃imoniũ assumiť. Et hoc est q⁹ omne pctm̃ p⁹
incarnatõem saluatoris ḡuius est q̃ ante. Sicut ignominiosi⁹ ẽ viro nobili vilit
agere q̃ innobili. Sic̃dez hũana natura ꝑ euam fuerat sathane pediꝫ substrata.
sed modo ꝑ mariã sup angelos est exaltata. Et quã ꝑ euã diabolus traxerat in ĩ/
eritũ. mõ ꝑ mariã angelorũ ꝓcedit meritũ. Et q̃ ꝑ euã facta est ignominiosa. ꝑ ma
riã ꝓ angelis facta est gl'iosa. Intrauerat enĩ ꝑ euã mors in mũdũ. Bap.ij. Scz ꝑ
empta ẽ mors ꝑ marie puerperiũ. Vñ fili⁹ dicẽ Osee i fi. O mors ero mors tua ⁊c.

L Itẽ hoc mr̃imoniũ supdictũ ingẽ ẽ mr̃imoniũ hester ⁊ assueri. Assuer⁹ q̃ interꝑta
tur btũs. christ⁹ ẽ. Hester abscõdita vl' exaltata. Hec est natura hũana ꝑus a dõ
abscõdita ꝑ peccatũ a deꝰ ⁊ eue. Sed ineffabiliť exaltata q̃ a christo assũpta. Vñ
petr⁹ cayphas. Voluit ꝟbũ patris aln⁹ nubere nõ potuit caro gloriosi⁹.
Nõ etiã ꝑ ß matrimoniũ vehemẽter magnificat⁹ ẽ. Qõ admiras iob.vij. dicẽ dño
Quid est hõ q⁹ magnificas eũ ⁊c. Et ꝓs. Quid est hõ q⁹ memor es ei⁹. Scz ꝑ eo fi
liũ incarnãdo. Nã antea videbať pater oblit⁹ hoïe. Unde in ꝑsona antiq̃ dice/
bat dauid. Usq̃q̃ dñe obliuiscer⁹ me ĩ finẽ. vsq̃q̃ auert⁹ faciẽ tuã a me. i. filiũ tuũ.
Ideo orabat. Memẽto nr̃i dñe in bñplacito populi tui. i. in filio. Visita nos ĩ
salutari tuo. Hoc est in eodẽ filio.

Damascenus

Petrus cayphas

Ricesimaseꝛta. Quia volẽs nos obtinere victoriã vt pueniam⁹ ad coronã.
scies q⁹ nõ coronabiť nisi q̃ legitime certauerit. ij. Thim. ij. ꝓcurat forte bel/
la ⁊ tẽptatões amatorib⁹ suis. ⁊ ipos q̃q̃ ꝓmittit tribulari. Sed facit cũ tẽptati
one ꝓuentũ vt valeãt sustinere. i. Chor. x. et eis ꝟtutẽ submĩstrat. vt sic pueniãt ad
coronã. Nã ipa est q̃ ꝑcib⁹ suis meritis et exẽplis dat lasso ꝟtutẽ. ⁊ his q̃ nõ sũt
fm suã reputatõem. i. hũilib⁹ fortitudinẽ ⁊ robur m'ltiplicat. Isa. xl. Idcirco de
ipa ꝓ intelligi illõ Bap. x. Certamẽ forte dedit illi. i. amatori suo vt vinceret
⁊ coronã acꝛeret q̃ solis victoriis tẽptationũ ꝓmissa est. Let sciret ꝑ experientiã q̃
niã omniũ potẽtior ẽ sapiẽtia. i. maria. q̃ emphatice dicit sapiẽtia.

Ricesimaseptima. Quia q̃ seruiũt ei in ꝑsenti. gl'iosissimã illi⁹ faciẽ visuri sũt
in futuro. Vñ iob. xxxiij. dicit de maria. Placabiť ei erit. Scz seruo suo. ⁊ vi
debit. Scz ipe seru⁹. Faciẽ eius in iubilo. Apoc. xxij. Seruiẽt ei ⁊ videbũt faciẽ

eius. Sap̃. vi. ⁊ In vijs suis ostẽdet se illis hilariter ⁊ Et hec ostẽsio in p̃senti p gr̃am est ⁊ fidẽ. Ambula g̃ vias eius q̃ sunt hũilitas. puritas. pietas. pauptas. obedientia. et hmõi. et obuiabit tibi in futuro q̃si mater honorificata. Eccl̃i. xv. De huiusmodi vijs dicit̃ puer. iij. ⁊ Vie ei⁹ vie pulere ⁊ i. mũde ab omni pctõ. Let oẽs semite illi⁹ pacifice. ⁊ Quia summũ ei⁹ studiũ est filio suo pacificare pctõres. Quere de vijs ei⁹. Rogãda est igit̃ assidue vt doceat nos vias suas. et faciat ãbulare ĩ semitis suis. Isa. ij. Quas q̃ in p̃senti tenuerit. reginã in suo decore videbũt oc̃li eius. Isa. xxxij. Et qui imitãtur eã erũt ex pte illi⁹. Sap̃. ij. Videt̃ ei ipa dicere filio. Sicut fili⁹ patri. Johã. xvij. Volo fili vt vbi ego sum illic sit ⁊ miſter me⁹. Rogãda ẽ aũt maria vt velit. qz si vult necesse ẽ fieri. sicut dicit aug⁹ de domino.

Aug⁹

Ricesima octaua. Quia glorioso fructu vẽtris sui remunerabit fuiẽtes suos. Unde depingit̃ in imaginibꝫ suis filiũ tenẽs q̃si ad dandũ illũ seruitoribꝫ suis. cũ ipa sit pagatrix opariorũ. Uñ. Filij merces fruct⁹ ventris. Quẽ fructũ ipa ꝓmendãs vt p ipo habẽdo seruiat̃ ei audi⁹. dicit puer. viij. Melior est fruct⁹ me⁹ auro et lapide p̃cioso. ⁊ genimina mea argẽto electo. Propter qõ q̃si assidue dicẽ dũ ẽ ei. ⁊ Bñdict⁹ fruct⁹ vẽtris tui. ⁊ De re enĩ valde ꝓmẽdata et laudata ñ p adulatõez sz p veritatẽ. libẽter dare solẽt illi q̃rũ res ẽ ꝓmẽdatoribꝫ suis. sic̃ ꝛ bono vino et hmõi. Sz pchdolor pl̃es seruos habet ven⁹ sordidissima. q̃ maria purissima.

Ricesima nona. Quia seruoꝝ suoꝝ aĩas de corpibꝫ exeũtes ꝓtegit ab incursu aeriaꝝ potestatũ. q̃bus est terribil̃ vt castroꝝ acies ordĩata. sicut sepe legit̃ in miraculis ei⁹. Fugiũt enĩ q̃ oderũt nos a facie ei⁹. ⁊ ipa erurgẽte in adiutoriuꝫ nostꝝ dissipant̃ inimici sui ⁊ nostri. Custodit enĩ exẽplo filij aĩas seruoꝝ suoꝝ. ⁊ ꝛ manu peccatoris libabit eos. Uñ sap̃. v. Eos q̃ se amãt a doloribꝫ ꝓfuabit. Ibidem. Custodiuit illũ ab inimicis ⁊c. Prouer. iij. Ne dimittas eã ⁊ custodiet te. dilige eã ⁊ fuabit te. vt sup̃. xxiij.

Quadragesima. Quia gl̃ificabit in futuro seruiẽtes sibi. ⁊ honorificãtes se in p̃seti. Uñ dicit cũ filio. i. Regũ. ij. Quicũqꝫ honorificauerit me gl̃ificabo eũ. q̃ autẽ ꝓtemnũt me erũt innobiles. Ipa enĩ est mlier gr̃iosa. q̃ inuenit gr̃iã ⁊ gloriã. nõ solũ sibi. sed et nobis. qz gr̃az et gl̃iam exemplo filij dabit dña nr̃a. De his autẽ q̃ cõtemnũt seruitiũ ei⁹ nolẽtes ipam orare vl̃ collaudare. videt̃ ei fili⁹ dicere illud hiere. vij. Noli orare p pp̃lo isto. nec assumas p eis laudẽ ⁊ oratõez. ⁊ non obsistas mihi. qz nõ exaudiã te. Qõ sigtũ est in hoc q̃ salomõ nõ exaudiuit matrẽ suam orantẽ p adonia. iij. Regũ. ij.

Incipit secũda particula secũdi libri

in qua agit̃ quõ maria de singulis mẽbris suis et sensibꝫ nobis seruiuit in filio ꝺi et suo. ⁊ adhuc nõ cessat nobis benefacere ex eisdẽ.

Prefatio in particulã secũdã

Signata causa multiplici qua

re mĩi creatoꝛ fuire ꝺbeat rõnal̃ creatã. hõ videlicz ⁊ angel⁹. restat assignare vñ ⁊ quõ ⁊ a q̃bꝫ ⁊ q̃libꝫ eidẽ fuiẽdũ. Maria sic̃ dẽ vt dictũ ẽ lignũ vite ẽ his q̃ velut manu duplici amore ⁊ fuitio appẽdẽrit eã. Et sic̃ arbor secũda nesciẽs steril̃ pmanere. vniuerꝭ ⁊ singul̃ ramis suis ⁊ frõdibꝫ possidẽtibꝫ se r̃ddit fructũ. sic maria toti mõdo ⁊ marie fuis ⁊ spẽalibꝫ suis. vniuerꝭ ⁊ singul̃ mẽbrꝭ suis tulit ⁊ reddidit fructũ vite. sic̃ q̃si plibãdo iferi⁹ ostẽdem⁹. Et p gr̃az fluẽta q̃ iugiter haurit ꝺ fõtibꝫ saluatoꝛ ⁊ amicꝭ suis refũdere nũq̃ cessat. referũt ⁊ ipi fructũ vite. cui⁹ gustu ꝺsideriũ ipoꝝ satiabit̃ inestnũ. Et ꝓpt̃ hꝺ vidz ipa q̃si ꝓmiari cũ filio ysa. penl̃. his q̃ sibi fuire negligũt ĩ p̃seti. Ecce serui mei comedẽt ⁊ vos esurietꝭ. ⁊ ceta ml̃ta. Debem⁹ igit̃ ⁊ nos singul̃ marie mẽbrꝭ fuitiũ aliq̃ speciale. vt ad locũ vnde exeũt flumia reuertãt vt itez fluãt. Eccẽs. i. Ad hꝺ aũt

primo necesse ē vt singula mēbra nr̄a a peccati cōtagio ꝓseruem⁹. z ip̄i⁹ obsequijs eadē mācipem⁹ ip̄am exorātes iugit̄ z deuote. vt et mēbra nr̄a p gr̄az suā a peccato coerceat i p̄senti. z gr̄am submistrās bn̄ opandi. ea glificet i futuro. Sed iā vt deamus ptenui saltē ꝑgustatōe quō mēbra marie seruierūt nobis i paruulo. q̄ natus ē nobis fm hūanitatē. z i filio dei q̄ dat⁹ ē nob fm diuitatē. Indagem⁹ ꝓterea quō iugiter nobis seruit indignissimis z ingtis. licz id cape mēs hūana. licet id lingua hois q̄ntūcūq; sit eloq̄ns nō sufficiat enarrare. Tale enī scrutiniū valde necessariū est ad hūiliādos nos. cū etiā bō iustissim⁹ respōdere ei nō valeat saltem vnum p mille. Job. ix.

Hic incipit scriptor ostēdere sub breuiloq̄o quō ō corde mēbris z sensibꝫ btē marie. sal⁹ humani gener̄ et redēptio ꝓcesserūt. z adhuc ꝓdeūt incessanter.

De corde seruiuit nobis maria Capitulū primū.

Jq̄dē ex corde btē ✠ginis ꝓcesserūt fides z ꝓsensus. p q̄ duo initiata ē salus mūdi. z ip̄m cor ei⁹ p oib creatur̄ dignū inuētū est exeūtē de corde paterno. ꝑmo suscipe vnigenitū dei. qñ. s. cor p̄ris eructauit ✠bū bonū. qō de sinu patris egrediēs. in sinū mr̄is ✠gis se recepit. ¶ Itē i corde ip̄i⁹ z vtero mirificordia et ✠itas sibi obuiauer̄t. cū diuina iustitia pacē porrigeret osculū salutare. Itē cor illius dulce z amātissimū pl⁹q; dici possit amaricatū ē filio crucifixo. z aīe ei⁹ total' alue⁹ p ꝓpassionē repleꝫ ē torrēte passiōis. Que videlicz aīa tūc vulnerabat ob iniq̄tates nr̄as. z atterebat suo mō ꝓpt̄ scelera nr̄a. Dolores siq̄dē nr̄os z filij. z languores nr̄os z vnigeniti. tūc ip̄a portauit i intime pietat̄ viscerib⁹. Nā tunc fuit ois plaga tristicia cordis ei⁹. Eccī. xxv. Caritate aūt eximia qua vulnerabat vnigenitū suū dedit p sceleribꝫ nr̄is. z fructū vteri sui p pcīs animar̄ nr̄ar̄. Michee vi. Tūc adimpletū est illud qō de ꝑma muliere ꝑdixerat deus in figura marie q̄si loq̄ns de scō adam. Geñ. ij. Non est bonū hoiem esse solū. faciam⁹ ei adiutoriū simile sibi. Nolebat siquidē deus pater si liceat ita loqui. solius filij morte saluari gen⁹ humanū z diabolū ꝺdemnari. s̄z disposuerat in manu femie tradere ysaram Jud. v. Et q̄ vna mlr hebrea ꝺfusionē faceret i domo nabuchodonosor. Judith xiij. De hac matia habuisti sup̄ cā. xxxiij. Nō aūt ꝑdixerat ysa. xlij. i pson̄a christi. Torcular calcaui solus. et de gentib non est vir mecū. sic intelligendū est z secure potest sic exponi. Ucr est dñe q̄ nō est vir tecū. s̄z vna mlr astat tibi crucifixo. que quascūq; plagas. quecūq; vulnera. quoscūq; dolores sentr̄ z suscipis in tuo corpe cōpatiendo suscipit in visceribꝫ cordis sui. Et sic dira lancea p̄forat latus tuū. sic eius aīaz ptrāsēūt dolor̄ tuor̄ gladij vniuersi. Sic igit̄ p̄z q̄ntū hec mulier coopata sit ad salutē mundi. Nā filio ponente aīmā p salute mūdi. mater z si nō posuit p mundo aīmam. exposuit tamē. et qō potuit fecit. Hec ip̄a defuit martirio corporali. s̄z ei defuit martiriū corpale. Cum sit aūt valde cōpatiens ex eodem corde nob compatīt dolentib et afflictis. z maxime si nos inuenerit ꝺdolentes ei et cōpatientes sup̄ doloribꝫ qui ptransierūt ip̄i⁹ aīmā filio patiente. sic dictū est sup̄.

De corpore seruiuit nobis maria Capitulū ij.

De terra corpis eius creauit altissim⁹ medicinā carnis z anime nr̄e sc̄z christū hoiem. Eccī. xxxviij. Qui languores nr̄os tulit in suo corpe sup̄ lignū. et dolores nr̄os ipse portauit id ē asportauit. peccata sc̄z que sunt cause dolor̄. Christ⁹ enī sic quedā glo. dic̄. sup̄. vij. ad heb. non traxit ex matre femorē vulner̄. s̄z materiā medicamis ¶ Itē de corpis ei⁹ suba ✠ginali sūmus assumpsit pontifex hostiā sue carnis. quā in ara crucis p mundi salute eleuatis in cruce manib sacrificiū obtulit vespertinū. cui⁹ suauissim⁹ odor deliniuit iracundiā p̄r̄is ¶ Itē corpus ei⁹ terra est enilath. de qua exortū est aurū ꝓptimū. sc̄z caro christi. ex cui⁹ ꝑcio impꝫciabili oīes iusti locupletati sunt et redēpti. Geñ. ij. gre libro. viij. titulo de terra ¶ Pascimur etiā et potamur carne ei⁹ et sanguīe i filij sacr̄o. q̄ caro christi z caro marie sicut caro mr̄is et filij vna caro ē. Geñ. ij. Erūt duo in carne vna. Christ⁹

scz z maria. ¶ Propter hec ꝯtuor z mlta alia ꝓdixerat btus thobias ciuitati sancte hierusalẽ sub figura marie. ꝙsi loqns de fidelib⁹ vniuersis. [Terrã tuã].i. corpus virgineũ. [In sanctificatõe habebũt. z nomẽ magnũ inuocabũt in te. Valedicti erũt q̃ ꝺtẽpserint te. z cõdemnabũt q̃ blasphemauerint te. z beati omnes qui dilexerint te.]

De auditu seruiuit nobis maria Capitulũ iij.

AUditu simplici ad nr̃am salutẽ suscepit nũciũ gabriel. scz Aue maria gratia plena. Et ab auditu ipi⁹ initiũ sumpsit repatio nr̃a. vt intraret remediũ vnde morbi irrepserat. z eisdẽ vestigijs seq̃ret vita morte. lux tenebras. vitaz antidotũ serpentz antiq̃ mendaciũ venenatũ. z vite ianua fieret audit⁹ p quem intrauerat mors in mũdũ. Per auditũ etiã marie nr̃o auditui gaudiũ z leticia ꝓmittũr. Itez p mariã exaudit dñs paupes spiritu. Vñ dicimus christo. [Preparatõez cordis eorũ].i. humiliũ. [Audiuit aurz tua].i. beata virgo. quia ea mediãte paupes exaudis. sicut hõ audit mediãte aure sua. De hac materia inuenies paulo infra. ptic'a .iij. ca. v. q̃ marie debem⁹ obedientiã.

De oculis seruit nobis maria Capitulũ iiij.

OCuli marie colũbini z mificordes p abũdantia lacrimaz fuerũt velut pisc̃ine in esebon filio patiẽte. vt sic ꝙsi quadruplici irriguo qd̃ manauit de christi corpe. videlicz sudoris z flet⁹. aq̃ et sanguinis. adiunctis lacrimis btẽ virginis ꝙsi q̃ nro loco. tolleretur squaliditas animaz. Isti etiã oculi respiciũt paupes spiritu. et sũt illis velut flãma ignis. Apoc. i. illuminãs z calefaciẽs. exterrẽs z exurẽs. Hec eni ꝯtuor facit flãma. Illuminat eni gl'iosa ẏgo suos amatores ad cognitõez veri z eos inflãmat ad dilectõem boni. aduersarios eoz exterret ab eis dura ꝺmina tõe. et icorreptos exurit gehẽnali ꝺflagratõe. Lege miracl'a eius. Itẽ oculi dñi sunt per iustos. ocl'i dñe sup pctores z iustos. sicut ocl'i bone matrz sup puez ne cadat. vel si ceciderit vt eũ releuet. Vñ dicit seruienti suo. In via hac q̃ gradieris firmabo sup te oculos meos. Dis ergo hũilis vt te respiciãt ocl'i marie. Hã de vehemoth legit. q̃ omne sublime ipe videt. Job. xli.

De naso seruit nobis maria Capitulũ v.

NAsus ei⁹. id ẽ discretio nobis est turris libani. q̃ respicit cõtra damascũ. q̃ interptat sanguinẽ bibens. et figurat diabolũ. q̃ sitit iugiter nr̃az sanguinẽ aiarũ in quo vita eaz. Discretio autẽ btẽ virginis ꝑsentiẽs diaboli maliciã velut feto rẽ quendã. p nobis iugiter respicit ꝯtra ipm. z p nobis viriliter se ei opponit velut q̃dã turris. z ẏtuoso castitatz cãdore q̃ signat in libano ꝺterit carnalẽ ꝺcupiscentiã velut caput serpẽtis. Nasus etiã iste nobis ẽ via spũs. i. gr̃e dei. q̃ meritz ei⁹ et pcibus nobis dat. z mistrat spei respirationẽ peccatorib⁹ desperatz. Ministerio etiã hui⁹ nasi purgant vicia mẽtis nr̃e. sicut p nasum humores capitz. et suis amicis tribuit gr̃am discernẽdi inter aromata et fetores. q̃b⁹ designant ẏtutes et vicia. Multa alia inuenies libro. v. titulo. viij. de naso.

De labijs seruiuit nobis maria. Capitulũ vi.

LAbia ipius ꝺpabilia fauo distillãti ꝓpter dulcedinẽ mellifluã. in q̃b⁹ spũsctus singuloz carismatũ diffudit abũdantiã. filio dei z suo diuini federis z hũani dulcia oscula ꝓpinarũt. Habito eni respectu ad illd rñsum. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm ẏbũ tuũ. dictũ ẽ ei i ps. [Diffusa ẽ gr̃a i labijs tuis zc̃.] Qd̃ sic exponit. [Gr̃a collectiue. i. vniuersitas gr̃az] [diffusa ẽ].i. ñ solũ fusa p te. sz diffusa. i. toti mũdo abũdãter distributa p te. [In labijs tuis] B ẽ in rñsiõe tua q̃ deo trinitati cõciliat⁹ ẽ mũd⁹. puersi p⁹ boies ad deũ ꝺuersi. z q̃ p⁹ sordescebãt a pctis mundati. Deq̃. [Propterea bñdixit te de⁹] ¶ nõ sinistra q̃ tpalia. sz dextra q̃ dãt eterna. Vñ seq̃t [Lieternũ].i. bñdictõe ducẽte ad etnitatẽ. Para. iij. Logimdo diez i dextra ei⁹

De ore seruit nobis maria. Capitulũ vij.

ORe ẏgineo cui⁹ odor ꝺpabilis ẽ odori malorũ. (nã pcibus suis aromata spirãtibꝫ attrahit homines ad cultũ filij. sicuti malorũ odor gustũ allicit ad cdẽdum). pro nobis allegat et bonum loquit̃ in cõspectu dei. qm̃ nostra ẽ aduocata.

In nobis etiã cũ sit ꝗsi os dñi. Viere.xv.pciosum sepat a vili.aiaz.l.a pctõ ⁊ dilectõe mũdi. Os ietiã suũ lipa lapuit sapiẽtie ꝙ ẽ filꝰ dei attrahẽde. ℔ ẽ ad se trahẽde. qñ virginitatẽ vouit. Nã p votũ istõ adamauit eã vnigenitꝰ dei. Itẽ laperuit os sui intellectꝰ lsapie hauriẽde p studiũ los affectꝰ lsapie attrahẽde p desideriũ. De ꝓmo ꝛ. Api os tuũ ⁊ iplebo illõ. De scõo. Os meũ apui ⁊ attraxi spiritũ .i. intelligẽtiã spiritalẽ. Sic aũt impleta sapiẽtia duplici i medio ꝓmitiue ecclesie apuit os suũ. Nã apl'ox mgra facta est. ꝙ nostri postea mgri facti sũt. ⁊ ascẽdente dño ipos nouũ docuit testamẽtũ. qõ ad docẽdos nos ũdẽ apli ꝟscripserũt.

De dentiby seruiuit nobis maria Capitulũ viij.

Dentes eiꝰ eburnei masticarũt vt pie credit puulo filio ꝙ datꝰ est nob cibũ suũ. put est mos nutricũ. Hẽsus aũt eiꝰ ⁊ studiositas. ꝙ duo signt i dẽtibꝰ. sibiꝑi masticarũt attriuerũt ruminauerũt. ⁊ aie sue incorporauerũt. veluti virẽtes herbas diuinaꝝ sentẽtiaꝝ scpturaꝝ. Nobis etiã oñdit mlra ambigua diuine sapiẽtie studẽtibus in ꝟbis ipi et gestis. Uñ et ipa ꝓmittit Ecci.xxiij. Adhuc doctrinã ꝗsi pphetiã effundã. Quere supra particla ꝓma. causa.xxvij.

De lingua seruiuit nobis maria Capitulũ ix.

Lingua eiꝰ eucharis ꝙ calamꝰ erat scribe velociter scribẽtis. scz spũsscti. Ipso scriba mouẽte calamũ. eructauit illõ ꝟbũ bonũ mellifluũ ⁊ suaue. Ecce ancilla dñi fiat mihi fm ꝟbũ tuũ. In ℔ aũt ꝟbo nectareo intantuꝫ exhilarauit de salute nostra sollicitũ regẽ celi. ꝙ ꝗsi factꝰ imemor iniurie ꝓmoꝝ pentũ. a sede regali stati descẽderet. velut depositio diademate glie. ⁊ celos dirũpẽs exiliret eodẽ momẽto ꝺ sinu patris i vtervginalẽ. vociferãs illõ pabo.viij. Delicie mee esse cũ filijs hominũ. In isto etiã ꝟbo fuit nobis lingua eiꝰ lingua curatõis. lingua mitigatõnis. lingua mifficordie. Ecci.xxxvi. Nã respõdẽs hũiliter et obedienter. curauit egritudinẽ rñsiõis eue. Lingua enĩ eue diabolo sub dubio rñdentis. et gustũ ligni vetiti viro suo suadentis. ⁊ peccatũ suũ serpẽti attribuẽtis. totã ꝓgeniẽ ex se nasciturã letaliter vulnerauit. padisi portã cũctis obseravit. ⁊ dei iracũdiã ad vindictã puocauit. Sed lingua marie infirma curauit. clausa patefecit. ⁊ irã dñi deliniuit.

De gutture seruit nobis maria Capitulũ x.

Gutur eiꝰ qõ vino optimo ꝯpabile est. i. ꝟba ꝙ pcedũt de gutture. moze vini dolozes releuãt afflictoꝝ. ⁊ mẽtes coꝝ alienãt a sensu carnali. suauiter pũgunt ⁊ stimulãt bñfacere pigritãtes ad currẽdũ viã. viã mãdatoꝝ dei. amãdũ ⁊ ozãdũ. Sapida ꝟba sunt christo p deuotõem in ꝑcibꝰ. ⁊ pũgũt coꝝ eiꝰ vt inde miserẽs elicãt mifficordiã. ⁊ sic ipm inebriãt. vt eꝝ faciãt obliuisci delictoꝝ nroꝝ.

De collo seruit nobis maria Capitulũ xi.

Collũ eius. ipa videlicꝫ que dicit collũ ecclie. christo capiti aureo corpꝰ suũ iungit. qõ est ecclia. ⁊ ℔ dupliciter. Nã christũ genuit deũ et hominẽ ꝙ est nostꝝ caput vt noster fieret emanuel. et ẽntũ in se est nos peccãdo diuiũctos ab eo. suis oratõibꝰ eidẽ itꝝ recõiungit. Itẽ. Sicuti p collũ interioꝝ aer emittit. exterioꝝ ꝟo intus attrahit. sic p ipam deuotio nra deo ꝑsentat. ⁊ ab ipo nobis misericordia redonat. Itẽ. Sicuti saliua ab ipo capite mediãte collo in corpꝰ trajcit. sic p ipam hũano generi a deo trinitate gratia impetrat. Item. Sicut collo mediãte descendit in corpus ꝙquid ei est necessariũ. cibi. potus. potatões. medicine. ⁊ hmõi. sic p ipam descendit ad nos filꝰ dei ꝙ vera est medicina. cuiꝰ caro et sanguis ꝟe cibꝰ et potus. qꝝ p mariã panẽ angeloꝝ mãducauit hõ in sacramento altaris. Item collo ꝟba pferũt. Et maria bonũ p nob loqt i ꝟspectu ꝺi. qñ nra ẽ aduocata. nec fraudare eã vult aut ꝑ vnigenitꝰ suus volũtate labioꝝ suoꝝ.

De brachijs seruiuit nobis maria. Capitulũ xij.

Brachijs eiꝰ et humers trãslatus ẽ filꝰ in egiptũ. ⁊ reuectꝰ in terrã isrl. In ꝙ signatũ est qꝝ p ipam habituri essent deũ ꝙ pus idolis seruiebãt. ⁊ ex dono eiꝰ tandẽ in regno isrl cõspecturi essent regẽ in suo decoze oculi beatoꝝ .i. Petri .i. In quem desiderãt angeli ꝓspicere.

De manibus seruiuit nobis maria Capitulũ xiij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Marie mẽbra seruierũt nobis

Man⁹ ei⁹ tornatiles.auree.plene iacinctꝫ.nob mẽbra nutrierũt vnigeniti dei. q̃ bus velut herbis medicinalib⁹ i mortariolo passiõis hũillime ꝓritꝫ multipli citer tribulatõnũ pistill'.ꝛ distẽperatꝫ liq̃re sanguis.nr̃is lãguoribꝫ ꝛ peccatꝫ cõfecta est ꝓpetẽs medicina. Qui videlicꝫ languores ꝓpetẽter sanari neq̃bãt nisi sola passiõe vnigeniti dei. Tornatiles aũt describũt man⁹ iste. nã sicut ars tornature ꝑmptior est alijs artib⁹ celerit opando.sic maria velocior ceterꝫ sanctꝫ oibus miseris subueniẽdo.vt dicere de ipis miseris videat cũ filio illõ Isaie.lxv. Antq̃ clamẽt ad me.exaudiã eos. Dicũt etiã he man⁹ auree ꝑpter sapiẽtiã.q̃ signat in auro.nã tã subtiliter misericordiã miserꝫ impẽdit q̃ diuine iusticie sigillũ nũq̃ frãgit. In auro etiã caritas notat.nã ex mera caritate oĩno indignis miserꝫ ꝛ bñfacere ꝓbat. Dicunt et plene iacinctꝫ. Plene.nã q̃ntũ in se est dat oĩb⁹ affluenter .cuꝫ sit sũme diues.summe etiã liberal'. Quere libro.iij.titulo.xvij.ꝺ misericordia ꝛ largitate ipi⁹. Jacincti sunt lapides coloris etherei.q̃ q̃cq̃d boni facit celesti refulget intẽtõe.ꝛ de fonte ꝓcedit eterne sapie. Habꝫ etiã iacinct⁹ gr̃iã impetrãdi.nazq̃cq̃d ꝓplacet ei dare facillime orãdo impetrat ab vnigenito suo.q̃ nõ soluꝫ dat ei �fm q̃ petit.sꝫ etiã ipaꝫ incitat ad petẽdũ. Ad qꝺ figurãdũ dixisse legit salomõ matri sue.iij.Reg.ij. Pete mr̃ mi.neq̃ enĩ fas ẽ vt auertã faciẽ tuã. Hoc idẽ legit subfigura ista dixisse assuer⁹.q̃ christũ ꝺsignt.hester q̃ figurat mariã. Hester.vij. Que est petitio tua hester.ꝛ q̃d vis fieri.etiã si dimidiã regni mei partẽ petierꝫ.ipetrab. Ad quẽ illa rñdit. Si inueni gr̃am in oculꝫ tuis.da mihi ppl'm meũ p q̃ obsecro. Ecce quõ postulat maria p seruientib⁹ suis. Jacinct⁹ etiã in sereno clar⁹.in obscuro ꝛ nubilo apparet obscur⁹. Hã illumiati p gr̃aꝫ de ipa digne sentiũt .ꝛ ei fruiũt ex amore.tenebrosi ifidelitate ꝛ vicijs.honorẽ ꝛ fruitiũ ipi⁹ puipẽdũt. Cũ sit gliberalissima et abũdãs ex dono filij oĩ carismate spiritali.manũ suã sp apit iopi.ꝛ extẽdit palmas ad paupes. Hã ipa ẽ cisterna bethleẽ iuxta portã.volẽs oẽs q̃ trã seiit satiare. Uñ damare ñ cessat. Trãsite ad me oẽs.ꝛ a generatõib⁹ meis iplemĩ.

De vberibus seruiuit nobis maria Capitulũ viij. Lr̃ẽ.

Lacris vberibus mistrauit lac dei filio.quo pastus est ipe sol⁹ .nec puer alius inde bibit. Uñ ipe gloriat dicẽs Cant.v.L. Bibi virũ meũ cũ lacte meo virginali.q̃ totũ fuit meũ. Et ꝓpter h̃ ipe designat p moysen Exo.ij.q̃ nulli⁹ alterius mlieris pterq̃ matris ꝓpe mãmas voluit sugere.sicut dicit. Ex h̃ aũt glorioso lacte nutrit⁹ est ꝛ coagulat⁹ ille sanguis.ex cui⁹ effusiõe nostre redẽptõis est pciũ psolutũ.ꝛ in hoc sanguine ꝓtinet vita fideliũ anim̃ar. Leviti.xvij. Propterea sanguis iste dñic⁹ bibit in altari. Itẽ ad eius vbera dictauit dei fili⁹ fed⁹ nr̃e salutis.ꝛ ipoz repsentatio christo exhibita ipm exhilarat nostrꝫ iniq̃tatib⁹ cõtristatũ. Isa.xl. Delectabit infans ab vbere. Nutrit etiã nos vbere duplici mr̃ misericordie.q̃ sunt castitas carnis.ꝛ benignitas cordis.ꝛ ista vbera tãq̃ pueruli petimus ad sugendũ.qñ dicim⁹ ei. Urgo singularꝫ inter oĩes mitis nos culpis solutos mites fac ꝛ castos. Nota singula ẏba. Ad honorẽ istoz vberũ sua ꝓmẽdatõe fili⁹ nos inuitat Cãti .iij. vbi dicit .L. Quã pulcre sunt mãme tue soror mea spõsa.li. quanta reuerẽtia et honore extollẽde.ꝛ quanta dilectõe sunt amplectẽde .vt corde et ore de ipis christo dicaꝫ. Beata vbera q̃ suxisti. Luc.xi. Libro.v.titulo.xvij.ꝺ vberib⁹ marie inuenies alia infinita.

De ventre seruiuit nobis maria Capitulũ xv.

Enter ei⁹ eburne⁹ distinct⁹ saphiris.quẽ creator su⁹ sibi ꝓstruxerat pausatoriũ speciale. Unde. Qui creauit me req̃uit in tabernacl'o meo.quẽ ver⁹ salomon sibi thronũ pauerat. et soliuꝫ eburneũ grande.quẽ spũssctũs sibi sacrauerat sanctuariũ singl'are.hospitiũ palatinũ fact⁹ ẽ sũmo regi.q̃ a regalib⁹ sedib⁹ veniẽs ibi ꝑmã sibi mãsionẽ int filios hoĩm ꝑelegit. Ibi ꝑterea decorẽ iduit.ꝛ stola cãdida se coopuit.i.mũdissima hũanitate.cui⁹ ꝺcor imunitas a pctõ. Hĩa etiã h⁹ hospitij hospitãt mõ fideles aie ĩ palacio celesti.cũ oẽs ãtea lectulos sternerẽt ĩ obscuris inferni. Job.xvij. In tenebrꝫ straui lectulũ meũ. Quere lib.v.ti.xx.de ventre marie multo plura.

De vmbilico seruiuit nobis maria Capitulū xvi.

Vmbilic⁹ ei⁹ crater tornatilis./q̄ nunq̄ poculꝰ dicit indigere. Ipa videlicz q̄ ꝺr vmbilicus ecclesie. Quia sic̄ vmbilic⁹ i medio toti⁹ corpis. sic ipa i medio ecc̄ie./q̄ corp⁹ ē filij sui./oib⁹ q̄ntū in se est pata bñfacere.lacte ꝟgineo./qꝺ habebat in se ꝓpetates vini./potauit filiū ⁊ inebriauit. q̄re ꝺr crater.vt nostroꝝ peccaminū ipm faceret oblīuisci. Sicut aūt crater tornatil' si liq̄e plen⁹ sit aliq̄ tactu leuissimo fūdit ipm liq̄e.sic plēa gr̄a refūdit gr̄az q̄ties tāgit pia p̄ce. Hūq̄ aūt poculꝰ indiget vmbilic⁹ iste.cū sit gr̄a plēa.⁊ sp hauriat aq̄s i gaudio de fōtib⁹ saluatorꝭ.

De lumbis seruiuit nobis maria Capitulū xvij.

Lumbi eius q̄s accinxit ꝟtute fortitudis vouens ꝟginitatē.⁊ fortiter i sestrī gens fluxū carnaliū voluptatū.ipaz ꝺcupiscibilē reddiderūt i oculis dei.sic illi ꝑdictū fuerat.cōcupiscet rex decorē tuū.i.virginitatē. Per hāc aūt ꝺcupiscētiā cōiūctus est ei rex eternus./carnē virgineā assumēs ex ea.in q̄ ⁊ passus est. Et p fidē icarnatōis./⁊ ꝟtutē passiōis renascimur i baptismo./regni celestꝭ filij ⁊ heredes.

De iūctura feminū seruit nobis maria Capitulū xviij.

Iunctura feminū eius q̄ videlicz femia ꝓpter p̄ciosissimā corā deo pulcritudinē castitatis ꝺpanꝫ monilib⁹. Cañ.vij. Nam sicut monile ꝺnecte vtrāq̄ ptē capitij.sic femina ei⁹ p ꝟginitatē iugiter iuicē adheserūt. Hec inq̄m femia nobis exempla refundūt sanctitatis ⁊ castimonie. Uñ et dicunꝫ sicut monilia./quasi monētia liliū castitatꝭ. Et hec monilia siue hāc iūcturā fabricauit celestꝭ artifex. id ē spūssanctus./qñ totū carnal' cōcupiscētie fomitē p supueniētē rorē celestꝭ ḡtie extinxit in ea.et virginea femina sic cōiunxit.

De pedibus seruit nobis maria Capitulū xix.

De pedib⁹ ei⁹ dici p̄t qꝺ de pedib⁹ filij dicit Apoca.i. Pedes ei⁹ sil'es auricalco.sicut i camino ardēti. Pedes btē virginis dici possunt caritatiui affect⁹. q̄b⁹ suos visitat amatores.q̄ ꝺmēdanꝫ hic a trib⁹.a sapiētia./q̄ i auro.a pseuerātia que in ere.a vehemēti feruore eximie caritatis.que signat in camino ardēti. Que re libro.v.titulo.xxiij.de pedibus.

De gressibus seruit nobis maria Capitulū xx.

Gressus ei⁹ pulcri in calciamētis .id ē in exēplis sanctoꝝ p̄cedentiū.domesticos suos inuisere.et cōcomitari.⁊ eoꝝ necessitatib⁹ sp esse p̄sto nunq̄ cessant. Unde dicit seruiēti suo Isa.xliij. Seru⁹ me⁹ es tu./cū trāsierꝭ p aq̄s tecū ero .⁊ appellat aq̄s tribulatōes .Let flumina .tēptatōnū et tribulatōnum .nō operiēt te. Hoc est etiā qꝺ dicit Eccī.xxiiij. In fluctib⁹ maris ambulaui .cū familiarib⁹ meis videlicz tanq̄ nauis vt ipos eripem a naufragio pctōrū.et ereptos deducerē i portū volūtatis eoꝝ. Ambulat etiā in fluctib⁹ maris.mestos ꝺsolādo.et tristes letificādo. Sequtur. Et in oñi terra steti.i.inuocātib⁹ me sp p̄sto fui. Hā in oñi loco vbiq̄ terraꝝ mater misericordie refugiū est miserorū.

De statura seruiuit nobis maria Capitulū xxi.

Statura ipi⁹ assimilata ē palme. Cāti.vij. Statura marie manifestata ē i tēpore dñice passiōis. Hā cū oēs apli vacillarēt a fide.ipa imobiliter pseuerauit in fide. Et hec ipi⁹ statura ꝺpaꝫ palme.i. dñice crucꝭ arbori triūphali .qz p rectitudine pseuerātie sue collata est ei hec gr̄a.vt nos eius deuota inuocatio sicut signū crucis dñice malignos spūs terreat ⁊ expellat. Btūs bern̄. sup illō Cant.vi. terribil' vt castroꝝ acies ordiata. Hō sic timēt hostes visibiles quālibet castroꝝ aciē ordinatā./sicut aerie ptātes marie vocabulū patrociniū et exēplū.fluūt ⁊ pe-
Bern̄. unt sicut cera a facie ignis vbicūq̄ inuenerint bui⁹ nois crebrā recordatōem. devotā inuocationē.sollicitā imitationē.

De petitōe qua maria p hmōi seruitijs ab ipa nobis impēsis petit cū filio suo mercedem suam a nobis. Capitulū xxij.

Propter hmōi seruitia que nobis impendit de singulis mēbris suis gl'iosa ꝟgo ./videtur ꝓpterea petere cū filio suo mercedē suā a nobis Zacha .xi. dicēs. Si bonum videt in oculis vestrꝭ afferte mercedē meam.si non.q̄escite .vt saltem

malũ p bono. vl' odiũ p dilectõe mea mihi nõ repẽdat. Cuiusmodi autẽ seruitia debem⁹ ei ex corde ⁊ ore ⁊ sensib⁹ vniuersis. vl' ẽles esse debeãt q̃ digne seruire volũt regine celesti assignabim⁹ infra. put ipa que est pincerna gr̃e ppinabit.

¶ Incipit tercia particula secũdi libri

in qua agit quõ debeam⁹ seruire marie de corde.

¶ Q⁹ ante oĩa debemus fidẽ virgini gloriose. Capitulũ primũ.

DEbemus igitur beate virgini fidẽ signiferã ⁊tutũ omniũ. quã ipa ꝓmit⁹ reḡit a nobis. vt sanctificatam in matr̃ vtero credamus firmiter. ⁊ ꝑ cito vt pie credit post q̃ carni eius aĩa est infusa. iurta illõ psalmi. ¶ Adiuuabit eã de⁹ mane diluculo. ¶ Per mane significat principiũ vite ei⁹ in vtero matr̃. et p diluculũ ablatio siue discussio originaliũ tenebraꝝ. Vel p mane amotio dictaꝝ tenebraꝝ. ⁊ p diluculũ ⁊tutũ claritas. que tũc infuse sunt ei. Hoc aũt adiutoriũ sola beata trinitas q̃ creauit eã eidẽ potuit exhibere. nã ipa speciale ẽ opus dei. Credam⁹ etiã q̃ nata est tota sancta. Vñ natiuitas eius ortui sideris ꝩparat. Nũeri. xxiiij. Orietur stella ex iacob ⁊c. Credam⁹ insup q̃ imaculatã ⁊ sine peccato vitã duxit in mũdo. ꝓfuata a sapia dei. q̃ nõ intrat in aĩaz maliuolã. nec habitat in corpe subdito vicijs ⁊ peccatis. Jpam enĩ velut pupillã oculi semp ab omni nociuo deus trinitas custodiuit. Vñ dicit de ea. Nocte ac die seruo eã. indignatio nõ est mihi. Isa. xxvij. Credam⁹ etiã q̃ ⁊ginitat̃ extitit ꝑmiceria. q̃ sine corruptiõe facta est fecũda. sine gũamie gũida. sine dolore puerpa. q̃ sola ⁊go ⁊ mater. q̃ virgo ⁊ mater dei. qđ nulla alia. qz illi soli ꝑ ꝓuilegiũ debebat. Jtẽ q̃ peccare nõ potuit exq̃ deũ ꝓcepit. Quere libro. iij. ꝺ ꝓuilegijs ei⁹. progatiua septima. Et sic credenda sunt cetera oĩa q̃ de ipa credit ⁊ ꝓdicat ecclia catholica. q̃by tot⁹ resplendet liber iste. Sentiẽdũ est etiã de tãta dña in bonitate cordis. sic de dño ꝺr Sap. i. q̃ est illa oĩa q̃ de ipa nõ intelligunt venerari ⁊ pie credere. Nã infinita sunt circa btãm virginẽ q̃ excedũt intellectũ hũanũ. Vñ ⁊ tot orte sunt hereses circa puerperiũ ei⁹. in cor scz cordiby q̃ hũana siue naturali rõe et sensu ꝓpo. supciliose voluerũt discutere. ⁊ inuestigare qđ supẽ hoĩem est. ꝺicẽte Isa. liij. ⁊ dicẽte. Generatõem ei⁹ q̃s enarrabit. ei⁹. i. marie. quõ scz ipa eũ genuit q̃ se fecit. iurta illõ. ¶ Dõ natus est ĩ ea ¶ ꝑ incarnatõez. ¶ ⁊ ipe fundauit eã ¶ ꝑ creatõem.

Confidentiã debemus marie. Capitulũ ij.

DEbemus etiã sapiẽter ꝓfidere de bonitate ei⁹ si dilexerim⁹ ipam ⁊ seruierim⁹ ei. iurta illõ ps. ¶ Ponite corda vra in ⁊tute ei⁹ ⁊c ¶ nõ in ⁊tute ꝓpa. qz maledictus hõ q̃ ꝓfidit in hoĩe. se scz vl' alio. Dicit. xvij. Nã ipa est q̃ ꝑcibꝰ suis meritꝭ ⁊ exẽplis ¶ dat lasso virtutẽ ¶ Isa. xl. Let his q̃ nõ sunt ¶ fm ꝓpam reputatõnez. i. fe hũilib⁹ ¶ fortitudinẽ et robur mltiplicat ¶ Et ipa suggerẽs hãc ꝓfidentiã de seipsa dicit In me oĩs spes vite et ⁊tutꝭ. Sicut etiã dicit Aug. de dño sup illõ ps. Di hi adherere deo bonũ ẽ ⁊c. Neminẽ ꝑmittit de⁹ cadere q̃ ei adhereat vero amore. Jtẽ illõ. Proĳce te ĩ deũ. ⁊ ꝑ sapiẽter. qz nõ est adeo crudel' vt se subtrahat ⁊ te cadere ꝑmittat. sic dici ⁊ credi ꝑt de btã maria testimonio coꝝ q̃ sepe exꝑti sunt.

Aug⁹

Spem debemus marie. Capitulũ iij.

DEbem⁹ etiã sperare in ea. qm̃ mater est sancte spei. Quere hãc autoritatẽ lib. vi. titulo. i. qr maria dicit mater. Jtẽ sic ⁊e de filio ꝺr puer. xxix. ¶ Qui sperat ĩ dño sublenabit ¶ sic dici ꝑt de matre. ¶ Qui sperat in dña sublenabit ¶ i. surs̃ leuabitur. in ꝑsenti supra carnẽ mundũ et diabolũ p gratiã. et surs̃um leuabit p gloriam in futuro.

Caritatem ⁊ dilectionẽ debemus marie Capitulũ iiij.

DEbemus etiã beate marie caritatẽ ⁊ dilectionẽ. vt vir catholic⁹ dicere valeat de maria illud qđ dicit de sapiẽtia Sap. vij. ¶ Sup salutẽ et spẽz dilexi eam.

et ꝓposui ꝑ luce habere illã. qm̃ inextinguibile est lumẽ illi⁹. venerũt mihi oĩa bo/na pariter cũ illa. ⁊ innumerabil' honestas ꝑ man⁹ illi⁹. ¶Sic exponel ¶Sup salu tẽ ¶corpis Let spẽm ¶cuiuslibet rei tpalis. Qui'a sicut dicit̃ puer. viij. ℣reciosior est cũctis opib⁹. ⁊ omnia q̃ desiderãt nõ valent ei cõparari. ¶Itẽ Sap̃. vij. ℣Nõ cõpa/rauí illi lapidẽ ꝑciosum. qm̃ oẽ aurũ in ꝯpatõe illi⁹ arena ẽ exigua. Itẽ puerb̃. iij. ℣Melior ẽ acq̃sitio ei⁹ negociatõe argẽti ⁊ auri ⁊c. ¶Dilexi eã ¶nã oĩs ist̃ox tpaliuꝫ acquisitio deficit homini ĩ necessitate extrẽa. ℣Ez btã virgo nec ĩ vita nec in mor te deest amatorib⁹ suis. ĩmo put frequenter legit̃ in miracul' suis. ĩpoꝛ aĩas de cor/pibus exeũtes benigne suscipit ⁊ pregit ab incursu malignoꝛ spirituũ. ℣Uñ de sa piẽtia. et ꝯgrue ꝑt intelligi de maria. dicit̃ Sap̃. x. ℣Eos q̃ se amãt a doloribꝫ ꝯser uabit. Itẽ de ℟ tertu sumit̃ illd respõsoriũ qđ canit̃ de beata ℣gine. ¶Sup salutẽ ⁊ omnẽ pulcritudinẽ dilecta es a dño ⁊c. Uel electa es a dño. ¶Sup salutẽ ¶enim ¶electa est a dño. ¶Nam dei fili⁹ potuisset carnem assumpsisse q̃ nec infirmitati nec morti foret obnoxia. Sed ¶sup ¶illã ¶salutẽ ¶hãc elegit infirmitatẽ. vt de btã ℣gine electa ⁊ dilecta sumeret carnẽ infirmã. Quã etiã sup oẽs pulcritudinẽ elegit. Quia licet multe filie ꝯgregauerint diuitias. ipa supgressa est vniuersas. Quã sic pulcrã fecit spũsctũs. vt sup filias oẽs speciosa esset plenitudine gr̃aꝫ. Sequit̃. ¶Et p/posui ꝑ luce habere illã. ¶Quere libro. vij. ti. xi. q. ipa dicit̃ lux. Seq̃t. ¶Qm̃ inex B tinguibile est lumẽ illi⁹ ¶quo scz lumie ipa suos illumiat amatores ⁊ imitatores. di cens cũ filio Joh̃. viij. ¶Qui sequit̃ me nõ ambulat ĩ tenebris. ſz habebit lumẽ vi te ¶qđ est inextinguibile. Seq̃tur. ¶Uenerũt mihi oĩa bona pariter cũ illa. ¶⁊ ℟ p/cipue intelligẽdũ est de bonis gr̃uitis. q̃ ꝙa bona sunt. ¶Uenerũt ¶scz a deo bono rũ omniũ largitore. q̃ quicq̃d boni dat creatur̃ suis. ꝑ manus mr̃is ℣ginis vult trãsire. Uñ sequit̃. ¶Et innumerabil' honestas ꝑ man⁹ illi⁹. ¶Nã ipa aperiẽte ma nũ suã implent̃ oĩa bñ dictõe. i. bona datõe. ℣Propter hoc studẽdũ esset cognitioni marie. ℣Nã qui eã cognosceret eã diligeret. ⁊ amator ei⁹ ipa mediãte omne bonuꝫ necessariũ ĩ ꝑsenti ꝙcuret a filio. ⁊ vitã eternã ĩ futuro. cui⁹ arra sũt gr̃e ⁊ ℣tutes.

Itẽ diligẽda est maria. qr diligit diligẽtes se. Uñ dicit cũ filio pab. viij. Ego diligẽ/tes me diligo. vt amator ei⁹ de ea dicere valeat illd Sap̃. vij. ¶Hãc amaui et erq̃si/ui a iuuẽtute mea. ⁊ q̃siui spõsam eã mihi assumere. ⁊ amator fact⁹ sum forme il/lius. ℣Hãc amaui ¶cordel ⁊ exq̃siui ¶i. et toto me q̃siui studẽdo ĩ scꝛ̃turꝫ q̃ de ea lo quunt̃. inuestigãdo diligẽter magnalia ei⁹. de ea meditãdo. ipam iugiter exorãdo. ad ei⁹ honorẽ opando. vt honeste ei deseruiã. a meretricijs voluptatibus meipm sollicite obseruãdo. ¶Et q̃siui spõsam mihi eã assumere ¶i. illã amore casto fructu/oso ⁊ indiuiduo mihi copulari. ⁊ talis dilectio spiritual' est. nõ carnalis. ¶Et ama tor factus sum forme illi⁹ ¶i. illius formosissime. cui dicit spõsus Cant. iij. ℣To/ta pulcra es amica mea. et macula nõ est in te.

Quid sit exq̃rere

Itẽ de dilectõe ei⁹ ꝯgrue ꝑt exponi illud qđ de sapiẽtia dicit̃ Sap̃. vij. ¶Preposui D illã ¶id ẽ marie dilectõi ¶regnis ⁊ sedib⁹ ¶i. potẽtijs ⁊ dignitatib⁹. ℟ est. ppter eam ꝯtẽpsi quicq̃d in mũdo est gl'ie honorꝭ ⁊ diuitiaꝫ. sicut ml'ti ad l'ram fecisse legũ/tur. ꝑ ei⁹ amore nihil oĩa reputãtes vt ipam lucrifacerẽt. ad ℣Phil'. iij. Oĩa detrimẽ tũ feci ⁊c. ℣Hec solũ omnia delectabilia cõtemnere sufficit aut relinq̃re ꝑ amore ei⁹. sed et ꝯtumelias. molestias. iniurias ⁊ hmõi. ꝑ ipa patiẽter sustinere. Quia sic di/cit̃ puer. xij. ¶Qui negligit damnũ ꝓpter amicũ ¶i. christũ. et ꝓpter talem amicã q̃/lis est maria ¶iustus est. ¶Sequit̃ ¶Nec ꝯparaui illi lapidẽ ꝑciosum ¶i. quelibꝫ sã ctũ. ¶qm̃ omne aurꝫ in ꝯpatõe ei⁹ arena est exigua ¶i. oĩs sanctus respectu marie arena est respectu auri. ¶Et tanq̃ lutũ estimabit̃ argẽtũ in ꝯspectu ei⁹ ¶i. mũdi sa piẽtes et eloq̃ntes respectu sapiẽtie ⁊ eloq̃ntie ei⁹. Ipa est enĩ illa ꝑciosa margari/ta Matth̃. xiij. ꝑ q̃ omnia q̃ habẽt vẽdenda sunt vt emat̃. i. oĩa emolimẽta vite ꝑ sentis cõtemnẽda vt ei seruiat̃.

Itẽ Alia causa. Si q̃s obligat⁹ essꝫ ml'tis debitis. ⁊ haberet vnã peciã terre q̃ sine E cultura sine semiatõe in vno anno tãtã fructus afferret copiã. q⁹ posset de fructu il lo soluere totũ debitũ. ⁊ sp̃ viuere de residuo. multũ diligeret peciã illã terre. Talẽ

fructū ptulit nobis maria./q̄ ē terra nr̄a.i.nobis data. quo scz fructu redēpti sum⁹ ab obligatōe gehēne.⁊ de q̄ viuere abūdāter possum⁹ ieternū.⁊Propt̄ h̄ dr Deute. viij. Bñdicas dño deo tuo p terra optima quā dedit tibi .Multū g̃ debem⁹ dilī gere mariā q̄ tal' terra est.⁊ fructū ei⁹.nec eā cambire p alia voluptate.

Itē dilectio christi ⁊ ipius marie vnica est./nō tñ puata.sola./nō solitaria. pticipata./ nec diuisa.cōmūis./⁊ singulaꝛ.cūctoꝝ singula./et singuloꝝ tota. ⁊Nec pticipatōne decrescēs.nec vsu deficiēs.nec tpe veterascēs.antiq̄ et noua.affectu desiderabil'. ex pietia dulcꝛ.fructu etna.iocūditate plēa.fficiēs ⁊ satiās.nec vnq̄ fastidiū generās. F

Itē in principio cāticoꝝ distinguūt tres causē q̄re adolescētule ⁊ diligāt ⁊ diligere debeant btām ꝑginē.vbi sic legit. ⌊Quia meliora sunt vbera tua vino fragrātia vnguēt̄ optimis.Oleū effusum nomē tuū.ideo adolescētule dilexerūt te nimis.⌋In hac ꝑboꝝ serie sub hac distinctōe quia./tres colligunt clausule q̄b tres causē reddunt.ppter q̄s ab adolescētulis btā virgo plurimū diligat.⁊ he due dictōes quia ⁊ ideo./sese respiciūt. ⁊Possunt aūt esse ꝑba filij ad matrē.possunt esse ꝑba angelorū ad ꝑginē.q̄ videtes adolescētulas assistētes ꝑgini dicūt ad eā.⌊Ideo ⌋iste⌊ado lescētule dilexerūt te nimis⌋.i.plurimū.⌊Qꝛ meliora sunt vbera tua vino. qꝛ vbera tua fragrātia sunt vnguēt̄ optimis.qꝛ oleū effusuz ē nomē tuū.⌋Adolescētule vero dicunt fideles aīe. ⁊Nouelle p grām./nō vetule p culpā. ⁊Nō senio steriles./sed donis fecūde spūalibus. Fortes./nō vt an⁹ debiles. ⁊Nō curue statuētes oc'los suos declinare in terrā. Sed p celeste desideriū recte ⁊ ad celos erecte. Aīe iste pie devotōis obsequio btē virgini sp assistūt diligētes eā./ et diligētes i ea has dilectōis causas potissimas.videlicz⌊qꝛ meliora sunt vbera ei⁹ vino.⌋⁊Meliozis enī potēriozis ⁊ vtiliozis efficacie sunt vbera btē ꝑginis q̄z vinū. ⁊Hā vinū inebriare ꝑt hoiez vt ꝑteritarū sit īmemoz offensaꝝ.⁊ sit facil' ad ꝓdonādū.et larg⁹ ad donādū. Vbera vero btē virginis deū q̄si iebriare potuerūt. ⁊Hā postq̄ de mr̄is vberib⁹ lac bibit. ac si cū lactis dulcedie dulcedinē potasset mīficordie.piecit ab ocul' suis pctā nr̄a post tergū.⁊ fact⁹ est larg⁹ ad dandā veniā peccatoꝝ.larg⁹ ad dādā gr̄am ⁊ opeꝝ iusticiā. Ideo q̄z btām virginē diligūt iuuēcule⌊qꝛ eius vbera fragrātia sūt vnguētis optimis.⌋⁊Hā in vberib⁹ ei⁹ fragrat odoꝝ sugēt̄ vbera.q̄ delibut⁹ vnguētis optimis cū plenitudie caritatīs et medicinaliū grāꝝ.venit ad sponsam leprosaz. eccl'iam scz vl' aīaz peccatricē vt eā ab oī lepra sanaret.quā sacro sibi cōiugio copularet. Ideo quoq̄ ab adolescētul' btā virgo merito diligit⌊qꝛ oleū effusum est nomē ei⁹.⌋⁊Hā sicut oleū omnē liq̄rē supnatat.sic nomē ei⁹ ⁊ inuocatio noīs eius./ omniū sanctoꝝ noīa ⁊ inuocatōes noīm superexcellit ⁊ supat.in efficacia subuētōis ⁊ obtentu diuine gratie.⁊ demonū fuga.

Itē de dilectōe marie paulo post subdit cant.i.⌊Memores vberū tuoꝝ sup vinū recti diligūt te.⌋Quia enī supi⁹ dixerāt angeli ad btāz ꝑginē. Ideo adolescētule dilexerūt te nimis.qꝛ meliora sunt vbera tua vino.ne in sctis aīabꝰ q̄s adolescētulas vocabāt nomē femīnini generꝭ aliq̄d infirmitatꝭ innueret.eandē sententiā replicāt.et easdē aīas q̄s vocauerāt adolescētulas./rectos vocāt. q̄si viriles./ nō effemīnatos. Rectos./nō senectute viciosa curuatos . Et dicūt.⌊Recti diligūt te. memores vberū tuoꝝ sup vinū.⌋Ac si dicāt. Ideo diligūt te.qꝛ ī memoria sua fixū gerūt. q̄ meliora sunt vbera tua sup vinū.sicut in p̄missis est expositū. D

Itē diligēda est maria./⁊ spēalit honorāda .qꝛ ipa mediāte forma diuia spōte venit ad hominē spōte deformatū.gr̄a gr̄tis ad gr̄e ingratū.medicina nō rogata./vltro venit ad egrotū.virt⁹ ad infirmū.sapietia ad fatuū.sanctificatio ad īmūdū. ꝑitas ad mēdacē.pietas ad īmīficordē.pax ad rebellē.misericordia ad impiū.caritas ad inimicū.iusticia ad iniustū.nō vt eū fm iusticiā suā iudicaret ⁊ dānaret. sz vt eū nō sua ī iustīcia iustificaret./et fm se formaret.⁊ formatū fm se./ tādē glificaret in se. Ad id enī forma dei venit in carnē.vt sibi ꝑ⁹ in spiritu./post etiā ī carne illos ꝓformaret q̄s pscīuit ⁊ pdestinauit de⁹ pater ꝓformes fieri imagīs filij sui.ad Ro.viij. Nec g forma tā formosa ex pietate sola se vnīt materie tā informi.nec mō informi sz et deformate.nec deformate quidē ex vlla necessitate.sed ex sola ꝑprie volūtatis vo- I

luntaria puersitate.

Itē diligēda est maria.qz p ipam facti sum⁹ de nihilo aliād.noui de veustis .ɔ ō dā natis ɔ mozt̄uis beati ɔ eterni. Et ppt̄ h̄ ꝓpat ipa auroze.q̄ ꝓsurgēs oibꝫ rebꝫ redꝺit colozes ꝓprios.qz oīa de nocte q̄si vnius colozis sunt.sic ɔ ī ortu marie meliozari inceperunt omnia. K

Itē diligēda est.qz p partū ipi⁹ Liberauit de⁹ pater Lpaupem a potēte .i. hoīem a diaboli prāte. Uñ de christo dicit ps. Liberauit vl' bit dñs Lpauperē a potēte .i. a diabolo. Qui cū in sui natura potēs sit. vñ Job vltimo. nō est prās sup terrā q̄ ei valeat ꝓpari.pcto: facit eū potētioze.qz facit vt potētia ei⁹ habeat effectū. Nisi eī hō incurret se nō potest diabol⁹ ascēdere . Joh. viij. Si filij⁹ vos liberauerit vere liberi eritꝭ. Paupem dico et talē paupem cui nō erat adiuroz alius. qz nec hō nec angel⁹ nec lex nec libeꝝ arbitriū potat eū liberare. nisi leo ō tribu iuda . Apoc. v. Eccī. in fine. Respicies erā ad adiutoziū hoīm. ɔ nō erat. Et nota q paup ē peccatoz.qz spoliat⁹ gr̄uitis et vulnerat⁹ in naturalibꝫ. Potēs est aūt peccatū. qz rex. Uñ ad Ro. vi. Nō regnet pcīm in vr̄o mortali corpe . Ēt h̄ potēte hic paup liberat a dño.qm̄ ei infundit volūtas penitēdi . Jō clamare ei debes iugiter. Libera me de sanguib⁹ de⁹ deus salutꝭ mee ɔc. L

Obedientiā debem⁹ marie Capitulū v.

Item marie debem⁹ obediētiā. Uñ ipa ꝓmittit eccī. xxiij. Qui audit me nō ꝓfundet. Jgl̄osa audit .i. obedit. Qui audit me .i. q̄ studet ꝓpe informatōi p auditū verboz̄ meoz. ɔ eoz inuestigatōem nō ꝓfundet p auditū verbi asperi. Matth. xxv. Ite maledicti in ignē eternū. ɔc. Vl' Qui audit me hic oñdit fructus imitatiū ꝟba marie. Nō ꝓfundet Cōfusio stultoz est. Verba sapie nō habēt ꝓfusionē. Sapiēs enī nō penitebit. Verba aūt sapiētie sunt ꝟba marie. q̄ os suū aperuit sapiētie. Prouer. i fine. Quere libro. iij. titulo. xxxi. de ꝟbis ei⁹. Uel Qui audit me in paupe vociferāte vl' p̄dicatoze docēte nō ꝓfundet .i. nō patiet repulsaz (qō est magna ꝓfusio sapiēti) q̄ñ aliād perierit ī noīe filij mei. scz qō ptineat ad salutē. Uel nō ꝓfundet mala ꝓfusiōe. q̄ soli impij ꝓfundēt in iudicio filij mei. quia astabo p eo. Obediētiby enī matri dictur⁹ est filij⁹. Venite bñdicti p̄ris mei. possidete paratū vob regnū ɔc. Matth. xxv. Uel Qui audit me .i. deuote auscultat seruitiū meū. Uel q̄ audit me .i. adq̄escit ꝓsilio meo. de q̄ dicit Eccī. xxi. Consiliū ei⁹ q̄si fons vite ꝑmanet. i. q̄si fons viu⁹ semp scaturiēs. Et nota q p̄ncipaliter in duobꝫ locis inuenim⁹ q maria obediētiā cōsiliis suis penit exhiberi. scz eccī. xxiij. vbi dicit. Trāsite ad me oēs ɔc. Et Joh. ij. vbi dicit mistr̄. Quicq̄d dixerit vobis facite. Et subiūgit paulo post q̄ vtilitate dicēs . Qui audit me non ꝓfundet Et nota q in hac autoritate Qui audit me ɔc. ꝓmittit ipa triby generiby hoīm retributōem. Deuote audiētiby ꝟba sua. Uñ Qui audit me nō ꝓfundet. Et imitātib⁹ eius gl̄iosa exēpla. Uñ. Et qui opant in me .i. ꝓpter me. Uel In me .i. ad exemplū mei nō peccabūt. Uel q̄ opant in me franḡ sup fundamētū opera mea accipiētes in exēplū. Ite pdicātiby ei⁹ excelsa pmia. Uñ Et q̄ elucidāt me vitā eternā habebūt. Primis ꝓmittit pmiū liberās a pena. Uñ. Nō ꝓfundet. Secūdis pmiū iustificās a culpa. Uñ Nō peccabūt. Tercijs pmiū eternitatꝭ ī gl̄ia. Uñ Vitā eternā habebūt. Propt̄ h̄ etiā dic̄ puer. viij. Btus hō q̄ audit me ɔc. B

De consiliijs marie

Nota q mlt̄a sunt ꝓsilia marie q̄by ꝓsulit nobis aīaꝝ salutē. Uñ dicit parab. viij. Deū est ꝓsiliū et equitas ɔc. Ipa est enī rebecca q̄ dixit filio suo iacob Ben. xxvij. Fili mi adq̄esce ꝓsilijs meis ɔc. Et nota q rebecca iacob q̄ ītērptat̄ luctatoz vl' supplātatoz appellauit filiū suū .nō esau. qz soli luctatozes ɔ supplantatozes viciozū filij marie sunt digni hereditate ipi⁹. et soli tales possunt vocare mariam matrē suam. C

Multiplex marie consiliū. D

Primū vt faciam⁹ penitētiā. q̄ notat̄ in ꝓparatōe hedoz. q̄s sibi iussit afferri a filio suo. Qui sic adq̄siuit bñdictōez ysaac p̄ris sui .obediēdo scz ꝓsilijs matris sue.

Secundū vt fugiamus diabolū volentē occidere nos. qui signat̄ p esau. sicut esau

ille volebat occidere iacob.

Terciũ vt cito reuertamur ad dñm si recesserimus ab eo p peccatũ. Vñ neemie .ij. Rex et regina dixerũt neemie. Quãdo reuertẽris. et vsq; ad qd̃ tẽpus erit iter tuũ. Tanq; si dicerẽt ei. Festina reuerti.

Quartũ vt obediam⁹ sacerdoti ⁊ diuino nũcio. sicut ipa gabrieli dicẽs. Ecce ancilla domini fiat mihi ſm verbũ tuum.

Quintũ vt fugiam⁹ strepitũ mũdi et diligam⁹ vitã solitariã. sicut ipa ĩ cella orabat qñ angelus ingressus est ad eã. sicut dicit brũs berñ.

Berñ. Sextũ vt qñ laudamur terreamur magis q̃z exultem⁹. ⁊ cogitem⁹ vtrũ digne vel indigne. sicut ipa cogitabat qualis esset illa salutatio.

Multiplet ꝓsiliũ marie Septimũ vt ꝓstanter ꝓfitam⁹ q̃libet in statu sue ꝓfessiõis. sicut ipa post votũ ꝓgenitatis ꝓstãter respõdit. Quõ fiet istud qm̃ virũ nõ cognosco.

Octauũ vt quilibet suã voluntatẽ diuine volũtati ꝓformet. sicut ipa fecit respõdẽs. Ecce ancilla dñi. cuius est velle qd̃ vult dominus ei⁹.

Nonũ vt q̃libz spretis terrenis appetat celestia. Unde ꝓcepto dño ascẽdit in mõtana cũ festinatõne.

Decimũ vt nobiliores et maiores etiã minoribꝫ se seruiãt et ministrẽt. sicut ipa ministrauit elizabeth.

Undecimũ vt mlieres pulcre et nobiles nõ cõtemnãt viros suos. sicut vasthi assuerũ. sicut ipa fabro nõ cõtempsit despõsari. q̃uis esset de pgenie regali.

Debem⁹ ergo obedire ꝓsilijs suis. ⁊ accedere ad vocãtẽ nos. Ad heb. xij. Uidete ne recusetis loq̃ntẽ. Et ꝫ duplici de causa. Propter reuerẽtiã ei⁹ qz regina ẽ. Et ꝓpter piculũ nostr̃ q̃ inter demões et malos hoies habitam⁹ ⁊ viuim⁹ ĩ peccatz. Qui enĩ iust⁹ est ad illã dz ꝓfugere. vt dicere possit illd̃ Cañ. ij. Sub vmbra illi⁹ quã dsideraueră sedi ⁊c. Ut impleat illd̃ Hichee. iiij. Sedebit vir subter vineã suã .i. secur⁹ erit p auxiliũ ꝗginis. Si petõr. debz ad eã ꝓfugere. qz ipa est ciuitas refugij. Quere retro ptica ꝑma. cã. xxv. Nolentibꝫ enĩ ei obedire dictura est aliq̃n illud parab. i. Despexistis omne ꝓsiliũ meũ ⁊c. ego q̃z in interitu vestro ridebo. Omne ꝓsiliũ meũ .i. consiliũ meũ quod est oñe bonũ.

Reuerentiã debem⁹ marie Capitulũ vi.

Item debem⁹ ei reuerẽtiã. ne videlicz coz̃ã oculis ei⁹ aliq̃d indecẽs. cogitare. desiderare. ꝓsentire. aut facere audeam⁹. ne illos miſicordes oc'los qui ñ possunt respicere ad iniq̃tatẽ auertat a nobis. Ideo abacuc. i. dz filio ⁊ mſi. Mũdi sunt oc'li tui ne videas malũ. et respicere ad iniq̃tatẽ nõ poterz. Ecc̃i. xlij. Nõ ꝑterit illã oĩs cogitat⁹. ⁊ nõ abscõdit se ab ea vll⁹ sermo. Ad heb. iiij. Oĩa nuda ⁊ aperta sunt oc'l' ei⁹ ⁊c. Itẽ. Ideo de ipa q̃ ꝓe est fortz m'lier dz. puer. in fi. Cõsiderauit semitas .i. secretas cogitatões ꝓsciẽtiaꝝ dom⁹ sue .i. familie sue. Cauẽdum igit̃ ne coz̃ ea etiã cogitem⁹. necdũ faciam⁹ turpia. noxia. vl' iniq̃. Peruerse enim cogitatões sepant ab ea ⁊ a filio ei⁹. Sap. i. Et nota q dicit puerse .i. penit⁹ auerse a deo. q̃les sunt cogitatões infideliũ. hesitãtiũ. simulãtiũ. ꝓtẽtioꝝ. supboꝝ. inuidoꝝ. auaroꝝ. q̃ impediũt aduẽtũ gr̃e. et fugant a corde gr̃iã iã receptã. Jo etiam dic̃ ipa ꝓuerb. viij. Erudit⁹ interſũ cogitatõibꝫ. Eruditis .i. discret⁹. disponens ⁊ dirigens eas. Sed aufert se a cogitatõibꝫ q̃ sunt sine intellectu. Sap. i. q̃ int⁹ ñ legũt mala q̃ int⁹ latẽt. sz tm̃ superficialiter ea q̃ cogitãt considerãt.

Timorẽ debem⁹ marie Capitulũ vij.

Item debem⁹ ei timorẽ. Nõ enĩ de mitissima ei⁹ hũilitate ita ꝑsumendũ est. q̃n ⁊ sũme dignitati ei⁹ timor ⁊ reuerẽtia debeanť. Et si enĩ ipa est q̃ de se dixerit. ecce ancilla dñi ⁊c. nõne eadẽ ẽ q̃ regẽ gl'ie et dñm maiestatz sic legit̃ allocuta Luc̃. ij. Fili q̃d feciſti nobis sic. Ipa etenĩ ẽ speciale sanctuariũ dñi. de quo ipe dicit Leui. xxvi. Custodite sabbata mea. ⁊ pauete ad sanctuariũ meũ ⁊c. Eodem xix. Unusq̃sq; mr̃em suã et pr̃em suũ timeat. Dic̃ enĩ de filio dz. Ecce oculi dñi sup̃ metuẽtes eũ. sic dici ꝑt et de matre. Ecce. Quasi diceret. Inapto est q Locli dñe .i. respect⁹ miſicordie. Et dicit pluraliter Locli ꝓpter mltiplicẽ effectũ miſe-

ricordie ei⁹. ¶ Sup metuentes eā ¶.i. sup humiles q̄ timent et cauēt offendere eā. Sed q̄ timor solus sine spe nō est bonus. ideo sequit. ¶ Et in eis q̄ sperāt sup misericordia ei⁹ ¶ Sed ad quid timendū et sperādū sit ō ea. subdit. ¶ Ut eruat a morte ¶ culpe p̄sentis et pene eterne ¶ alias eorū ¶ non solū corpa a pena p̄senti. ¶ Et vt alat eos in fame ¶ verbi dei. Amos. viij. Uel ¶ in fame ¶.i. in tēpore famis eterne. sicut p̄mittit et cōminat ysa. lv. Ecce serui mei ⁊ medent. et vos esurietis ꝛc. Item eccl. xxviij. ¶ Oculi dñi ad timētes eū. ptector potētie ꝛc. ¶ Dicam⁹ et nos ¶ Oculi dñe ad timētes eā. ptectrix potētie. firmamentū ⁊ tutis. tegimē ardoris. et vmbraculū meridiani. depcatio offensiōis. et adiutoriū casus. exaltās animā. et illuminās oculos. dans sanitatē. et vitā. et bñdictionē. ¶ Dia bñficia ista et alia m'to pl'a impēdit ipa timētib⁹ eā. Sic expone. Et nota vndecī bōa q̄ exēplo filij faē ipa timētib⁹ se. B

Protegit enī eos potēter ab oīni aduersitate. vt sup̄ particula. i. causa. xviij. Uel ptegit potētiā quā dedit eis ad bene agendū. et ad declinādū a malo. Quia sicut dicit gregori⁹. Gregor. Lito bonū p̄ditur q̄ō a largiēte nō custodit. Uel ptegit eos cōtra potentiā malignorū spirituū.

Firmamentū virtut⁊. ¶ quia dat firmamētū virtutib⁹ quas suis oratōib⁹ impetrat eis a filio. ⁊ cōfirmat eis ipas virtutes.

Tegimen ardoris. ¶ quia misericorditer in nobis refrigerat cōcupiscētias quas diabolica suggestio inflāmat.

Umbraculū meridiani ¶.i. refugiū cōtra estū p̄secutōis vrentis et feruētis. sicut sol in meridie feruet ⁊ vrit. Uel contra incentiua libidinis. ⸢pcat.

Depcatio offēsiōis ¶ q̄ depcabil' ē sup̄ offēsiōe pctōr. Ul' q̄ p offēsiōe hoīm filiū ō/

Et adiutoriū casus. ¶ q̄ timētib⁹ se p̄cauet a casu. i. ne cadāt ī pctm̄ vl' infernum. Et etiā erigit eos si forte ceciderint. Unde orat eā eccl'ia. Succurre cadenti surgere qui curat populo.

Exaltans animā ¶ timētis se a terrenis que facit cōtemnere. ad celestia que facit appetere. quia de stercore eleuat paupere spiritu. i. humile. vt sedeat cū principib⁹. i. angelis ⁊ sanctis. ⁊ soliū glorie teneat.

Et illuminās oc'os ¶ mēt⁊. ītellectū. s. ⁊ affectū. ad ꝯgscēdū ⁊ diligēdū deū. se. ⁊ p̄xim

Dans sanitatem ¶ conscientie.

Et vitām ¶ gratie.

Et benedictionē ¶ glorie. Et nota q⁹ hec omnia fuerat filius matri quādo cōcepit ipm. Quere ibi. Spiritus sanct⁹ superueniet in te.

Humiliatōnē debemus marie. Capitulū viij.

Item debemus ei humiliationem. vt humiliemur sub potenti manu eius. vt nos exaltet in tēpore visitatōis. q̄ō innuim⁹ cū flectis genib⁹ et expansis manib⁹ adoram⁹ cora memoria eius. Flexio genuū signū humilitat⁊. expāsio manuū opa largitat⁊. Ad ī̄am enim quoties salutam⁹ eam vel trāsim⁹ ante ei⁹ tēpla vel imagines siue altaria. debemus genu flectere. caput nudare. ⁊ hūiliari cora ea sicut serui cora domina. sicut adolescētule cora regina. Ideo dicit ekebert⁹ abbas. Ekebt⁹ abbas. Creatoris matrē oīs creatura magnificet. ⁊ eius regie maiestati se inclinēt celū ⁊ terra et omnes q̄ habitāt in eis. Neemie. viij. dicit de iudeis. Incuruati sunt. et adorauerūt dñm̄ p̄ni in terrā. Sic enī factū ē ibi dño. sic debz fieri dñe. i. marie.

Meditationē debemus marie. Capitulū ix.

Item de maria debem⁹ assidue cogitare ⁊ meditari. q⁹ cor ei⁹ assidue medi/ A
tat et cogitat de nostra pace ⁊ salute. Un̄ dicit cū filio Hiere. xxix. Ego cogito cogitatōes pacis ꝛc. Ipa est enī p̄nceps illa de qua dicit Isa. xxxij. ¶ Princeps ea q̄ sunt digna p̄ncipe cogitabit. ¶ sz cogitatōes pacis et nō afflictōnis. De cogitatōe enī ei⁹ qua cogitat nobis bonū dicit Eccl. xxiij. ¶ A mari abū dat cogitatio eius. ⁊ cōsiliū eius in abisso magna. A mari enī ¶.i. sup̄ mare Labūdat cogitatio eius ¶ qua cogitat nobis bona. q⁹ nō potest a sensu hūano cōprehēdi. sicut nec mare potest exhauriri. ¶ Et cōsiliū eius ¶ quo saluti hūane p̄uidit ¶ in abisso magna ¶ q⁹ inuestigari nō potest. Quis enī inuestiget efficaciā verbi ipius quo p̄uidit ifirmis

salubriter.qñ omniū medicinā ꝟbo ꝺcepit mirabiliter.Aliter.¶A mari abūdat cogitatio eiꝰ.i.que est de ea vl quā habemꝰ meritis eiꝰ¶abūdat in nobis mare penitentie.Let consiliū eiꝰ ī abisso magna.i.pfundū est.ꝛ de pfundo caritatꝭ pueniens cōsiliū eius.Uel¶ꝺsiliū eiꝰ in abisso magna .i.in magnitudie et mlitudine peccatorū nō restat nisi refugere ad ipam .Duplet aūt ꝺsiliū dat ipa peccatoribꝰ.Unū eccī.xxiij.Trāsite ad me oēs tē.Aliud Joh.ij.Oīa quecūqꝫ dixerit vobis filius meus facite.Ideo dicit pcōribꝰ Diere.xxiij.In nouissimo intelligetꝭ cōsiliū ei⁹.quod mō despicitis.Parab.i.¶Desperistis oīm ꝺsiliū meū.i.ꝺsiliū meuꝫ qō est omne bonū.i.plenū omni bono.Dicit ḡ.¶A mari.i.plꝰqꝫ mare¶abūdat cogitatio eius.¶Quia sicut impossibile est hūano sensui cogitare vl dinūerare guttas maris vl bibere totū mare.sic impossibile ē ꝛ lōge amplius hūano capi intellectu.caritatē.pietatē.hūilitatē.ꝛ cetera q̄ ptinent ad mariā.Uel.¶A mari abūdat cogitatio eiꝰ.i.de eiꝰ bonitate.i.plꝰqꝫ mare.Facilꝰ enī posset mare exhauriri.qꝫ marie bonitas pfecte cogitari.¶Cogitatio enī eiꝰ.i.que ē de ea .maior.melior.et excelsior est oīm cogitatōe.Quis enī sufficiat cogitare pfunditatē hūilitatis eius.q̄ cū dei mater annūciat rñdet.Ecce ancilla dñi.Quis ꝓpēdere valeat excellentiā caritatis eiꝰ.cū a filio increpat dicēte.Quid mihi ꝛ tibi ē mlier.Et tamē defectū vini miserās ꝛ verecūdie mistroꝝ ꝓpatiens ꝺsulit eis .Oēcūqꝫ dixerit vobis facite.Quis estimare possit īmensitatē pietatis eiꝰ cū filiū crucifigi videt.nec reclamat.sciens passionē filij humani generꝭ salutē opari.¶Debemꝰ igit ꝛ nos ōntuꝫ pmittit humana fragilitas.freqnter ꝛ assidue de illa cogitare.ꝛ in cogitatu nr̄o ptractare de his q̄ ad eiꝰ ptinent gl'iam et honorē.Bap.vi.Cogitare de illa sensus est ꝺsummatus.et q̄ vigilauerit ꝓpter illam cito erit securus.Eccī.xxxi.¶Cogitat⁹illiꝰ auferet somnū¶peccati scz.Itē eccī.xliij.¶In sermōe eiꝰ.i.ipa p nob ōrā tel¶siluit ventꝰ.i.cessauit diabolica tēptatio.¶ꝛ cogitatōe sua¶q̄ scz fideliter ꝛ deuote cogitamꝰ de ea.¶placuit abissum.i.cor pcōris pfundū et temptatōibꝰ obtenebratū.Parab.iij.In oīb vijs tuis cogita illū.s.deū.ꝛ ipe diriget gressus tuos.i.reget opa.Hoc idē potest dici de mr̄e.Thob.iij.¶Oīb diebꝰ vite tue deū in mente habe¶supple.ꝛ matrē eiꝰ.Let caue ne aliq̄ndo peccato cōsentias¶Quasi di.Per talē recogitatōem facile poteris cauere a peccato.

Jugem memoriā debemꝰ marie. Capitulū v.

Frater werric⁹

DEbemus etiā marie iugē memoriā.Unī ipa dicit Eccī.xxiij.¶Mēoria mea in generatōe seculoꝝ.¶De hac memoria dicit Eccī.xlix.In omni ore quasi mel indulcorabit eiꝰ mēoria.In ps.Memoriā abūdāte suauitatꝭ tue eructabūt.Dicē ergo.Memoria mea ī generatōe seculoꝝ.i.in hoīb q̄ p generatōnē sibi succedūt ꝛ tñ sunt¶seculoꝝ.¶qz pmanebunt ineternū q̄ debito mō mei memoriā habēt.Ideo dicit ei ysa.xxvi.Homē tuū ꝛ mēoriale tuū in desiderio anie.Osee xlvi.Memoriale eiꝰ sicut vinū libani.i.mirabiliter delectās.suauiter inebrians.ꝛ virgines germinās.Zacha.ix.Quia libanꝰ interpretatur cādor.et designat virginitatez.Uel sic.¶In generatōe secl'oꝝ.i.hoīm quoꝝ vna est generatio tamē dupler seculū fm statꝰ merēdi ꝛ accipiēdi.Quasi di.In memoria habebor a sanctꝭ q̄ pmanebunt in vtroqꝫ secl'o.Si enī mēoria iusti cū laudibꝰ,puer.x.q̄nto magꝭ memoria virginis p quā nob christꝰ factus ē iusticia.i.Chor.i.Uel¶seculoꝝ¶dicit.ppt duplicē statū.erilij scz ꝛ libertatꝭ.Justū enī est vt iugiter habeamꝰ mēoriā eiꝰ.Unde dicit.xliij.sapl.¶Immortal' est memoria eiꝰ.i.caste generatōnis.vl marie.q̄ exēplo sue virginitatꝭ in alijs generat castitatē.ꝛ q̄ salua castitate genuit saluatorē.¶quia apud deū nota est¶q̄ nō essꝫ nisi esset pulcra valde.Amicꝰ enī nō libēter memoratur amice sue nisi sit pulcra valde in oculꝭ suis.¶Quoniā apō deū¶q̄ est īmortal' ꝛ nihil oblīui scit¶nota est¶noticia approbatōis.Let apud hoīes¶pulcra generatio ꝓprie est generatio sanctoꝝ vl marie ꝛ ceteraꝝ virginū.

Jugem mentis intuitū debemus marie Capitulū vi.

DEbemus etiā nostre mentis intuitū iugiter ad eā dirigere.ꝛ ad ipam intuēdā spūales oculos attollere.Unde eccī.xliij.¶Qui intuet illā¶.i.sapiētiaz.vel

christū in cruce. vel ipam mariā Lintuer Linquā oculo fidei ⁊ vere dilectōnis .vt ad eā iugiter stillet oculꝰ fui sui. Job. xvi .L Permanebit cōfidēs Lin die iudicij. vt etiam dicere possimꝰ illud. i. Dach. Dña nostra ad te sunt oculi nostri ne peamus. Itē illud .ij. Paral'. xx. Cū ignorem⁹ q̄d agere debeam⁹. ℞ solum residui habem⁹ vt oculos nostros dirigam⁹ ad te. Item vt de ea dicam⁹. Prouidebā dñam ī conspectu meo semp ⁊c. Nota q̄ intellectus ⁊ affectus noster duo sunt oculi q̄by filiū ⁊ matrē debem⁹ pariter intueri. sicut acies oculoꝝ coꝛpaliū ad idē pariter dirigit. Sed multi oculū sinistrū. i. intellectū vertūt ad celum p studiū. et dextrū. i. affectū vertūt ad terrā. Di sunt qui fedus ineūt cū naas. i. diabolo. i. Regū. xi. qui eis eruit oculos dextros a capite. i. christo.

Congratulationē debemus marie Capitulū xij.

Quia coꝛ eiꝰ exultat de nostra emendatōe. et coꝛ nostrū congratulari ei debet de gratia quā inuenit apud deū. ⁊ de ceteris bonis q̄ data sunt ei. ideo designatur p sārā. que dicit Heñ. xxi. Risum fecit mihi dñs. ⁊ q̄cunq̄ audierit coꝛride bit mihi. Risum cnī fecit dñs marie in ꝯceptōe saluatoꝛis. cū et ei ⁊ in ea nobis arrisit. Vel cū tam ei q̄m nobis dedit ridēdi et gaudēdi materiā. Uñ ⁊ in partu eius dixit angelꝰ ad pastoꝛes. Annūcio vobis gaudiū magnū Lu .ij. Ecci. li. L Letatū est coꝛ meū ī illa .⁊ ambulauit pes meꝰ]. i. affectꝰ Liter rectū]scz mādatoꝝ dei. Ec
Anselmꝰ ce fructꝰ bꝰ gaudij. Jō etiā dicit btūs Anselmꝰ. q̄ assidue rogāda ē maria. vt ⁊ ꝯgratulatio brītudinis eius semp sit apō nos. ⁊ ꝯpassio miserie nr̄e semp sit apud eā.

Compassionē debemus marie Capitulū xiij.

Debemus etiā ei de coꝛde ꝯpassionē. ⁊ tam matri q̄m filio ꝯdolere ⁊ compati. Quia et christi passio et marie cōpassio cuiꝰ animā filij gladius ptrāsiuit. a nobis exigunt ꝯpassionis affectū. Quia si ꝯpatimur. ⁊ conregnabim⁹. ij. Thi. ij. Et si fuerim⁹ socij passionū. erim⁹ ⁊ ꝯsolationū .ij. ad Chor. i. Sic etiā honoraꝝ a nobis filius si cōpassi fuerim⁹ matri. Unde eccī. vij. L Honoza p̄rem tuū]scz deum. L ⁊ gemitꝰ matris tue]scz marie]ne obliuiscaris.]

Nunq̄ obliuisci debem⁹ mariā. Capitulū xiiij.

Debemus etiā nūq̄ ipam obliuiōi tradere. quia ipa nunq̄ obliuiscit sui memoꝛes. Uñ dicit ysa. xlix. Nunq̄d obliuiscī pt mlier ⁊c. libro. iij. ti. xvij. T. q̄ maria dilexit memoꝛit. Unde psal. L Si nō meminero tui]scz cū amoꝛe. Let si ñ ꝯposuero tui hierl'm]. i. o tu maria Lin p̄ncipio leticie mee]. i. si nō est mihi p̄cipua de te et in te leticia post filiū tuū Lobliuiōi deꝝ dextera mea.] vel Lobliuiscaꝝ me]alia lr̄a. L dextera mea]. i. vita eterna. de q̄ dicit Cañ. ij. et. viij. Dextera illiꝰ amplexabitur me. Et interponit cōditōem quā necesse est impleri. vt oblitꝰ hierusalē. id ē vite eterne vl' beate marie deꝝ obliuioni apud deū. Let lingua mea adhereat faucibus meis]. i. mutus fiā a laude dei. si ī misero laudes tuas. ⁊ si nō fuerit apud te ⁊ de te laus mea in eccl'ia magna.

Gemitū fletū ⁊ suspiriū debemus marie. Capitulū xv.

Ad ipam cū fletu ⁊ gemitu debem⁹ suspirare. Uñ dicūt fideles aie. Flenim⁹ dum recoꝛdaremur syon. i. marie. Jō canit ei eccl'ia .Ad te suspiram⁹ gemētes ⁊ flentes ⁊c. Hemitꝰ enī ⁊ fletus efficaciꝰ christo supplicāt ⁊ marie. q̄m ℞ba cō
Brego. posita. Unde Baruch. iij. Aia in angustijs et spūs anxi⁹ clamat ad te. Brego. sup illō Job. xl. de behemoth. Nūq̄d mltiplicabit ad te p̄ces aut loq̄tur tibi mollia?
Brego. Brego. Ueraciꝰ oꝛare est amaros ī ꝯpūctōe gemitꝰ. ⁊ nō ꝯposita ℞ba resonare.

Desideriū debem⁹ marie Capitulū xvi.

Desideriū coꝛdis etiā debem⁹ marie. quia nobis desiderat oīne bonū dicens cū apl'o. Testis est enī mihi deus ⁊c. Phil'. i. Ut ei dicere valeat seruꝰ eius. Dña ante te omne desideriū meū ⁊c. Itē illud Isa. xxvi. L Aia mea desiderauit te in nocte]psentī vite. L Cōcupiscētia eī illiꝰ]sicut dicit ō sapia. sap. vi. L deducit ad regnū ppetuū.] Preoccupat etiā eos q̄ se ꝯcupiscūt. vt illis se ꝯpōē ostendat. sic ibidem dicit. Jdeo etiā inuitat ad se ꝯcupiscētes se. eccī. xxiiij. dicēs. Transite ad me omnes qui ꝯcupiscitis me. ⁊ a generatōnib⁹ meis implemī. Istud inuenies expo-

situ in primo sermone de natiuitate ei⁹.libro.xij.particula.xij.

Juge seruitiũ debemus marie Capitulũ xvij.

EX toto corde debem⁹ nos seruitio illi⁹ astrĩgere. Eccĩ.vi.Audi fili mi Laure cordis Lt accipe cõsiliũ intellect⁹ Ji.qõ confert purũ intellectũ sine erroꝛe. Linũce Jqsi volũtari⁹ Lpedẽ tuũ Ji.affectũ Lin opedes illi⁹.Jparticularia ei seruitia marie.de qby agit in ꝑ loco.qsi qdã cõpedes sunt.tenẽtes seruos illi⁹ in statu iusticie ne currãt ad illicita.Lt ne acidiers Ji.ne ẽuiter et tedioſe feras.sed cũ hilaritate impleas ꝓcepta sapiẽtie et marie Lin vinculis eius Jtẽ ibidẽ de sapia et maria.L In omni aĩo tuo accede ad illã Ji.omnes cogitatões et desideria in illã cõuerte.Let in omni virtute tua ꝓserua Ji.corde et ope serua.Lvias ei⁹ Ji.ꝓcepta t exẽpla p q̃ venim⁹ ad ipam.et ipa ad nos.Jtẽ ibidẽ.L Jnuestiga illã Jorãdo.studendo.pitiozes interrogãdo.ad ei⁹ laudẽ opando.Let manifestabit tibi.Jt cetera mlta.Et tandez subiungit.Decoꝛ enim vite est in illa.in ꝑsenti p ẽtiã.in futuro p glĩam.Lt vincula illi⁹ Ji.exempla t seruitia qby ligamur ne discurram⁹ p cãpos licẽtie Lalligatura salutaris Jqꝛ extrahũt a petõ.et trahũt ad salutẽ eternã.

Juge t qtidianũ seruitiũ debem⁹ marie. Capitulũ xviij.

SEruitiũ eius t laudes nũq̃z debem⁹ itermittere. Vñ pab.iij.LArripe illã Ji.sapiẽtiã vel mariã ad seruiẽdũ ei.Lt exaltabit te Ja terrenis ad celestia.Let glificaberꝭ ab ea cũ eã fuerꝭ amplexat⁹.Dabit capiti tuo augmẽta gr̃aꝛ.t coꝛona inclita ꝓteget te.Arripe illã Ji.ad te cape.Uel Larripe Jciro t qsi violẽter.sicut res diu desiderata qsi cũ violẽtia et qdã ipetu solet apphẽdi.Uel Larripe Jsiẽ auis nobilis ꝑdã nobilissimã t escã suauissimã.Jõ enĩ fili⁹ matrẽ subleuauit ad celum.vt nos ad se traheret.Seq̃.L Et exaltabit te Jab imo viciozꝫ ad alta ꝟtutũ.a tra ad celũ.Lt glificaberꝭ ab ea cũ eã fuerꝭ amplexat⁹ Jqsi rẽ amatã.Lamplexat⁹ Jquasi sez duoby brachijs amoꝛe et seruitio.Seq̃.L Dabit capiti tuo Ji.menti.q̃ ẽ caput aĩe Laugmẽta gr̃aꝛ Jspũ aliũ coꝛpaliũ t tẽporaliũ.Lt coꝛona inclita Jet rosis caritatis t patiẽtie.et lilijs castitatꝭ gemĩe.et violis hũilitatꝭ et tpantiel Jpreget te.Jqꝛ p hãc triplicẽ ꝟtutẽ.pregit hõ ab insultibꝫ viciozũ t demonũ.Jbidẽ.L Ne dimittas eã.t custodiet te.dilige eã t seruabit te.Ne dimittas eã Jqsi addoꝛsando eã ꝓpter meretricias voluptates.Uel L Ne dimittas eã Ji.ne effuges eam peccãdo moꝛtaliter.qꝛ nõ recedit a seruo suo.nisi ꝓp mꝛtale peccatũ.Jpa est enĩ apis Eccĩ.xi. quã fugat fece peccati Let custodiet te Ja violẽtia diaboli.Dilige eã t fuabit te Ja peccato t hostiũ oppssione.Jtẽ pab.xxvij.LOui seruat ficũ Ji.mariã.q̃ dicit fic⁹ ꝓpter dulcedinẽ fructus sui.Lomedet fructus ei⁹.t qui custos est dñi sui glificabitur.Jdicamus Ldñe sic.JItem eccĩ.vij.L Uoli recedere a mliere sensata quã sortitus es in timoꝛe dñi.JMulier sensata btã virgo.habens sensum dñi in regẽda familia eccl'ie.El qua discedit.q̃ seruitiũ illi⁹ p negligentiã intermittit.Uel q̃cunq̃z dimissa castimonia.sequit meretricias voluptates.Ul generalit.quicũq̃z moꝛtaliter peccat Quã sortit⁹ es Jet dono gr̃e dei specialit ipam diligẽs et ei seruiẽs Lin timoꝛe d ñi Ji.cũ reuerẽtia hũilitate t devotiõe.

Jtẽ Eccl'es.iij.L Ne festines recedere a facie eius.neq̃z pmaneas in ope malo.Ne festines recedere a facie ei⁹ Ji.a bñplacito.Nunq̃z enĩ deus vl ipa maria deserit hominẽ nisi prius ab ipo hoĩe deseraꝫ.Semp enĩ mater t fili⁹ primi sunt in accessu. sed vltimi in recessu.sicut dicit btũs dyonisi⁹.Jtẽ La facie ei⁹ JAnte faciẽ christi t marie sunt qui eis seruiũt t ministrãt.sicut dicit raphael thob.xij.A facie coꝛ recedere festinant.qui ab coꝛ seruitio t bñplacito resiliũt.sicut recidiuãtes.Oꝛ si foꝛte peccãdo recesseris.statim reuertere p penitẽtiã.Quia sicut dic btũs ciprianus. Uicinaꝫ innocẽtie festinata correctio.Propter hoc enim mater et fili⁹ clamãt aĩe peccatrici Canti.vi.Reuertere reuertere sunamitis rẽ.vt intueamur te.Et ꝑ est quod sequit.L Neq̃z pmaneas in opere malo.Jsicut quidã qui nolũt conuerti donec senuerint.quibus dicitur Ecclesiastici.v.Ne tardes cõuerti ad dominũ.t ne differas de die in diem.subito enim veniet ira eius.et i tempoꝛe vindicte disperdet te.

Dyonisi⁹

Lipan⁹

Item ad continuãdũ et deuotissime celebrãdũ seruitiũ btẽ virginis./valet illõ exẽplũ D
Petr⁹ damianus qõ narrat petr⁹ damianus de q̃busdã religiosis.q̃ ad suggestionẽ cuiusdã puersi fratris dicacis et accurate eloq̃ntie dimiserãt seruitiũ brẽ ꝑginis. Et stati dimisso seruitio eius./oĩmimoda infortunia ceperũt insurgere ꝓtra fratres illos. incendia.depdatões.strages hoĩm.mortalitas aĩaliũ. et hmõi.ita q̃ de vita desperarẽt fratres illi.ꝛ tederet eos viuere. Quãcito aũt ad cõsiliũ dicti petri reinceperũt fratres illi seruitiũ marie. cessauit ab eis dicta quassatio.ꝛ mlta deiceps pace et ꝓspitate gauisi sunt fratres illi.toto corde de cetero marie seruiẽtes.

Intentionẽ cordis debem⁹ seruitio marie Capitulũ xix.

Item debem⁹ seruitio ei⁹ ex toto corde intẽdere. Unde ps. Psallite sapiẽter. A
Aug⁹. Glo.ibi. Insipiẽter psallit./q̃ nõ itelligit qõd psallit. Itẽ ibi. Intẽde voci orationis mee. Glo. Intendenti deus intendit. Aug⁹. Illud versẽt in corde qõd ꝓfert in orõe. Unde dicit.ij.palip.xxxiij. Obsecrauit manasses intẽte./et exaudit⁹ ẽ. Obsecra ꝛ tu intẽte matrẽ ꝛ filiũ./vt mereaꝛ exaudiri. Et nota q̃ dicit.intẽde voci orationis mee. Uox orõis est desideriũ cordis./qõd clamat in aure matrꝭ et filij. Sicut
Grego. enĩ nõ intelligit q̃s ꝓ strepitu labiorũ sine voce formata.sic nec oratio sine voce ꝺ sideriũ. Unde Gregor⁹. Quid ꝓdest strepit⁹ labior⁹./ vbi mutũ est cor. Non loquit autẽ deo aĩa nisi ꝓ desideria. Et q̃nto ꝓfundi⁹ et spiritali⁹ est desideriũ./tanto vox altior est.et alti⁹ clamat ante deũ. Nõ est ei q̃ tam alte clamet voce exteriori q̃ vox ei⁹ audiat vsq; ad miliariũ. Uox desiderij tã alte clamat./q̃ audit vsq; ī celũ. Unde rod.xiij.dicit moysi. Quid clamas ad me. Bene aũt clamat./q̃ ꝑ potest dicere. De ꝓfundis clamaui ad te dñe ꝛc. Et hoc est qñ de ꝓfundo cordis exit desideriũ. Hoc desideriũ se audire ostendũt mater ꝛ filij⁹./cũ q̃libet dicit ysa.lxv. Antecꝛ clamẽt ad me. Ipso vocali. Exaudiã eos. Ut dici possit vtriq; de deuote clamãtibus. Preparatõem cordis eor⁹. i. deuote clamatiũ Lauduit auris tua. De illis autẽ q̃. indeuote orãt vl celebrãt seruitiũ mĩis et filij. licꝫ mlta de ore ꝓferãt./ et maximas modulatões faciãt. dicẽ mater cũ filio Isa.xxix. Popul⁹ hic labijs me honorat.cor autẽ eorũ lõge est a me. Nec tales vocãt mater et filius./clericos vl canonicos./aut moniales aut monachos.sed populares et villanos.

Facile cõcedat qõd ꝓ ea petit Itẽ. Quia cor marie leui oratiũcla dũmõ deuota sit flectit ad pietatẽ./cũ ipa sit valde ꝓpries.et sup afflictos pia gestãs viscera.nec exẽplo ioseph geñ .xlv. diu se valeat cõtinere deuote et fideliter exorata.ꝛ cor nostꝝ cũ ꝓ ea vel noie eius postulat honestum aliq̃d./facillime debet concedere qõd rogatur. B

Incipit quarta particula secũdi libri

in q̃ agitur de particularib⁹ seruitijs q̃ gloriose virgini debem⁹ de singulis mẽbrꝭ ꝛ sensibus nostris.

Uso de seruitiis que marie debemus ex corde.videndũ est de illis q̃ debem⁹ ei ex mẽbris ꝛ sensibus.

De vultu ꝛ capite debemus seruire marie Capitulũ primũ.

Debem⁹ enĩ ei de capite ꝛ vultu adorationẽ.demissionẽ. ꝛ inclinatões. Unde ysa.in fine videt ipa dicere cũ filio. Veniet omnis caro vt adoret coram facie mea. Uidetur etiã de illa dicere filio seruus eius. Adorabo ad templũ sanctum tuũ. Item ysaie.xlix.videtur ei fili⁹ ꝓmittere. Vultu in terram demisso adorabũt te. Siquidẽ ergo ad eam inclinati sunt celi. et rex celestis ad eã descendit humiliatus .quod innuebat angel⁹ dicens. domin⁹ tecũ.bene debemus nos miseri visa ei⁹ imagine vel audito noie inclinari ad eã. Ipam enim adorãtes filiũ eius adoram⁹ in ipa et cũ ipa. Unde ps. Adorate dominũ in aula sancta eius. Aula domini imo regale palaciũ beata virgo. Istud ad lram fecerunt tres magi./ in diuersorio matrẽ cũ filio adorãtes. qõd factũ est palaciũ regale cũ in eo rex summus

natus est. Itẽ psal. Adorate scabellũ pedũ eius. quoniã sanctũ est.

Debemus etiam inclinare imaginibꝫ suis transeũtes ante eas. intendentes adorare eam sedẽtẽ in throno ad dexterã filij. qz sicẽ dr in libro barlaam z ioasaphat. Reuerẽtia imagis ad exẽplar trãsit ipi imagis. Ipa ẽ enĩ illa porta Eze. xlvi. ad cui ostiũ ppls terre adorat ĩ sabbatꝭ. Nã sabbatũ special dies ẽ brẽ ꝺgis. Dz nota q cũ porta sit hũilis. ostiũ porte qꝺ christi ẽ hũile est. quia nõ nisi p humilitatẽ ad matrẽ vel filiũ peruenitur.

Barlaam z Josaphat

De oculis debemus seruire marie. Capitulũ iij.

De oculis interioribꝫ. i. mentis intuitu. vt supra particula. iiij. capꝫ. xi.

De oculis exterioribus

Ad exemplũ eius a vanitate eos auertere. ipam exorãtes. Auerte o domina oculos meos ne videant vanitatem.

Ex parte illi ad se reclamãtes misericorditer respicere. iuxta illud eccl. iiij. Oculos tuos ne trãsuertas a paupe. z eleosinã paupis ne defraudes. Thob. iiij. Ne auertas faciẽ tuã ab vllo paupe. ita enĩ fiet vt nec a te auertat facies dñi. vl ipi marie.

Ad ipi fruitiũ reuerẽter vigilare. Interest enĩ brã maria vigilijs suis. et mltoties visa est in ordie cisterciẽ dedisse celestẽ pitãtiã his q vigilãter z deuote celebrauerant seruitiũ eius. Sapie. vi. Qui vigilauerit ꝓpter illã zc. Qui de luce vigilauerit zc. Quere supra particula ꝓma. causa. vij. ſtes et flẽtes zc.

Ipaz cũ fletu z gemitu exorare. Unã canũt ei fideles eccl'ie. Ad te suspiram gemẽ

Imagines ei reuerẽter ispicere. ad mẽoriã ipi cordibꝫ nris arti impmendam.

Supdictꝫ enĩ modis oculos nros seruitijs ei mãcipãdo. secure poterim ei dicere. Illos tuos misericordes ocl'os ad nos cõuerte. Et talibꝫ dicẽ ipa cũ filio illo Joh. xvi. Uidebo vos z gaudebit cor vestr. et gaudiũ vestr nemo tollet a vobis.

De auditu debem seruire marie Capitulũ iij.

Brego.

Ad honorẽ eius et gl'iaz auditũ nostrũ ad queqꝫ obnoxia obturare. Brego. Sancti grauiter tolerãt quicqd nõ sonat id quod amãt. Eccl. xxviij. Sepi aures tuas spinis. et noli audire linguã nequã.

Quicqd honesti dr ea dicĩ grãter audire. q cqd inhonesti nullo mõ auscultare. imo cum omni aspitate dicẽtes ea redarguere. Juxta illo ps. Detrabẽtem secreto ꝓximo suo hunc psequebar.

Jo dicẽ ipa eccl. xxxij. Qui audit me ñ ꝯfũdet. Quere supꝫ ptic'la. iij. capꝫ. v. q marie dbem obedientiã. Maria sicqdẽ aurꝭ dr ẽ. Uñ dr christo. Preparatoꝝ cordis eoꝝ. i. paupeꝝ Laudauit aurꝭ tua. i. maria. q mediãte paupes exaudis. sicẽ hõ audit medi

De olfatu debem fuire marie Capꝫ. iiij. Lante aure sua.

Pro honore mris et filij odores meretricios abhorrere z fugere. de qbꝫ dicẽ salomonica mlier puer. vij. Aspersi cubile meũ mirra aloe z cinamomo. Ita dicẽ meretrix vt odore ꝓuocet stultũ ad luxuriã. Sed hũc odorẽ seqt fetor. Uñ ysa. iij. Erit ꝓ suaui odore fetor. Nota q tres species aromaticas nosat. duas amaras. et vnam dulcẽ. ad designandũ q in luxuria plus est amaritudis qꝫ delectatõis. Una amaritudo ptinet ad psens. secunda ad futurũ.

Odore boni exempli et efficacis doctrine ad ipam adamãdã quos poterim attrahere ad currendũ in odore vnguẽtorũ ipius. vt cortina cortinã trahat. Exo. xxvi. et. xxxvi. Et q audit dicat veni. Apocal'. in fine.

De gustu debemus seruire marie. Capitulũ v.

Gustũ nostrũ vt ei dignius seruiam a cibi et potus intẽperãtia refrenare. Quia ñ est speciosa laus in ore gulosi siue ebriosi.

Necessaria victui modeste sumere. Quia sapiẽtia dei vel gratia marie Lnõ inuenitur in terra. i. in aĩa vel corpore. suauiter viuentiũ. Job. xxviij.

Debis que apponunt in mensa aliqd qꝺ p ipa pauꝑ tribuat ventri subtrahere.

In parca dieta vigilias eius et sabbata ieunare.

In sollẽnijs eius pauperibus pro ea largi erogare. Et talibꝫ ꝓuenit fructꝰ gloriosissimi vẽtris ei. qui ĩ sacramẽto nostra est refectio. z in futuro nostra erit fruitio.

De humeris debemus seruire marie. Captulū vi.

Pro ei⁹ honore et dilectōe fraterne infirmitaꝫ onera miſericorditer ſupportare. et pōdera tribulatōnū p̄ſentiū patiēter ſuſtinere. Unde gene. xlix. dr de ẏſachar. q̄ inter p̄aē merces. Vidit requiē .i. mariā. i q̄ chriſt⁹ nouē mēſib⁹ req̄euit. ſic ipa dicit. q̄ creauit me req̄euit in tabernaculo meo .rē. Q̄ eſſet bona. et terrā .i. ipam eādē mariā q̄ ē terra fluēs lacte et melle. Q̄ optima. et ſuppoſuit humeꝝ ad portādū onera ſupradicta.

Jtē eccī. vi. dicit de ſapiētia. et poteſt intelligi de maria. Subijce humeꝝ tuum. et porta illā. H eſt. actus tuos ſuppone magiſterio ei⁹. Subijce p̄ hūilitatē. porta p̄ fortitudinē. Subijce p̄ obedientiā. porta p̄ patientiā. Et ne acidieꝫ in vinculi ei⁹ .i. ne grauiter et tedioſe feras. ſed cū hilaritate imple p̄cepta ſapiētie et marie. Dicit autē acidia ab aceo aces. Unde homo acid⁹ .i. ſine igne caritaꝫ. que leuiter fert oīa. Et de talib⁹ dr. In ſiti mea potauerunt me aceto.

De manib⁹ ſiue de tactu debem⁹ ſeruire marie Cap. vij.

Ad ei⁹ honorē manus ab oīmi ꝓtactu polluto et ope illicito ſedulo ꝓſeruare. vt ſm puritatē manuū noſtrarū retribuat nobis.

Eas ad paupes p̄ poſſe extēdere. Unde eccī. xiiij. Secōm vires tuas exporrigēs da paupi. vt exēplo ei⁹ manū tuā aperias inopi. et palmas extēdas ad paupes.

Ad ipam orādā puras man⁹ leuare. i. Thimo. ij. Treno. iij. Leuem⁹ corda nr̄a .i. affectōes nr̄as. Cū manib⁹ .i. bonis opib⁹. Qd nō p̄t fieri niſi manus noſtre ligate ſint p̄ceptis dīnicis. q̄ ſunt q̄ſi manice ferree. ne extēdant ad illicita. Unde p̄s. Ad alligādos reges eoꝝ .i. iuſtos ſe regētes. in ꝓpediib⁹. et nobiles eoꝝ in manicis ferreis. Jō dr eccī. vi. Ne acidieꝫ in vinculi ei⁹. i. ſapiētie vel marie. vt ſup̄.

Oratoria eius altaria et imagines ornare et inſtruere.

In feſtis ei⁹ et ſabbatis honeſta lumīaria p̄parare. vt nomē ſuū qd eſt illumīatrix interp̄tetur in nobis.

Veſtimēta mūda et honeſta ad miniſtrādū ei oīmi diligētia p̄parare. Unde et in miraculis ei⁹ legit q̄ beato bono claromontenſi epo. et bō hildefonſo veſtimēta pulcerrima attulerit de padiſo filij. in q̄b⁹ miſtrarēt i ſpecialib⁹ feſtis eius. et q̄bus indui nulli alij liceret.

Quicq̄d ad ipi⁹ laudē vl gl̄iaꝫ ptinere nouerim⁹ dū tpus hēm⁹ oīmi inſtātia operari. Ipa enī dicē ſe eſſe vitē. Unde. Ego q̄ſi vitis. q̄ ſeruū req̄rit. nō dīm. Unde dicit dr oparijs ſuis eccī. xxiij. Qui opant in me nō peccabūt. Sūt aūt i iſta vite tot ꝓpagines q̄t ẏtutes. Qui imitāt hūilitatē opant i ꝓpagine hūilitatis. q̄ pietatē i ꝓpagie miſericordie. et ſic de alijs. Et iō forte cū ipa ſit pagatrix opariorū. dicitur⁹ ē ei⁹ i iudicio illō matt. xx. Voca oparios et redde illis q̄ſi ñ alijs. mercedē. Jō etiā dr eccī. vi. volenti hr̄e mercedē. Quaſi is q̄ arat et q̄ ſemiat accede ad illā. ad q̄rēdā. i. cū ſtudio et labore et cū ſpe ꝓcipiēdi vñ reficiaꝫ et viuas. Unde. i. Cho. ix. Debz i ſpe q̄ arat arare. Et nota qr q̄ arat et ſemīat. ꝑmo extirpat ab agro ſpinas et nociua. et euerſa tra ſemīat ſemē ſuū. ſic q̄ doctrinā ſapie vl gr̄az marie cupit excipe. ꝑmo dz trā cordis ſui diligēti inq̄ſitōe euertere. et genimia viciorū extirpare. et tūc deīde poterit ſemē diuīe doctrīe. vl gr̄az marie recipe. et tādem fructū ẏtutū et gl̄ie metere. Jō dr biere. iij. Nouate vob nouale. Dz qr q̄dā ſtati volūt māducare fructū ſeminis ſui. d q̄b⁹ Iſa. xxviij. tēpaneū añ maturitatē autūni cū aſpexerit videſ. ſtatim vt manu tenuerit deuorabit illd. ſubiūgit. Et ſuſtine .i. patiēter expecta bonos fructꝰ illi⁹ .i. etna bona q̄ illa ꝓmittit. et ꝑ illā ſueniūt. Jac. v. Patiētes eſtote fratres vſq; ad aduētū dīni. Ecce agricola expectat ꝑciosū fructū tre. patiēter ferens don⁹ accipiat tpaneū et ſerotinū rē. Dz ne quē tedeat lōga expectatio ſubdit. In ope ei illi⁹ extiguū laborab. et cito edes d generatōib⁹ illi⁹. Quaſi dicerz. Modic⁹ labor reſpectu fruct⁹. De brachijs debem⁹ ſeruire marie. Ca. viij.

De brachijs. Debemus enī amore et ſeruitio quaſi q̄buſdā duobus brachijs beatā virginem amplexari. vt ꝑmiū bonū reportemus ab ea. Illud ſcilicz ꝑmiū de q̄ dicit ꝑuer. iij. Glorificaberꝫ ab ea cū eā fuerꝫ āplexat⁹. Debem⁹ etiā ꝑ honore ei⁹

recõciliari inimicꝫ nostrꝫ. Que videlicꝫ recõciliatio designat in amplexu mutuo et ptẽsione brachioꝝ sicut dñs extẽdit brachia ī cruce volẽs oẽs q̃ntũ in se erat colligere in amplexũ misericordie sue. Uel etiã exẽplo eiꝰ pugnare cõtra triplicẽ inimicũ. Uñ eccl̃i.vij. Propugnato cũ brachijs. Alia lr̃a dicit. Propurga te cũ brachijs. elemosinã dãdo ppꝛijs brachijs acquisitã. Quasi dicat. Propt̃ purgatõem tuã da elemosinã de ꝓpo labore acq̃sitã. Uñ eccl̃i.vij. Datũ brachioꝝ tuoꝝ. ꝛ sacrificiũ sanctificatõis offeres dño initia sanctoꝝ. et paupi porrige manũ tuã. vt pficiat̃ ppiciatio ꝛ bñdictio tua. gr̃a datꝰ in ꝓspectu oĩs viuẽtꝫ. Sic cõstrue. Da tũ brachij tui. i. acq̃sitũ labore ꝓpo. Let sacrificiũ sãctificatõis. jin q̃ sanctificeris. offeres dño. i. mĩstrꝫ dñi ꝓpter ipm. Linitia sanctoꝝ. i. initiatões sanctificatõis. q̃ sunt decime. ꝓmitie. datũ. sacrificia. Et dicit Linitia. q̃ hmõi munera nõ faciũt sanctificatõem. sz initiãt. Let paupi porrige manũ tuã. elemosinã dãdo. cõsolãdo. corripiẽdo. vt pficiat̃ ppiciatio. i. peccatorũ remissio. ꝛ bñdictio tua. passiue. i. gratiaꝝ collatio. vl̃ actiue elẽosine datio. Lgr̃a. i. ꝓpter gr̃am Ldatꝰ. i. datõis tue. Lin cõspectu oĩs viuẽtis. quod fiet in futuro quãdo gratia fiet gl̃ia. et sic pficietur bñdictio et ppiciatio.

De vberibꝫ siue mãmillis debemꝰ seruire marie. Cap̃. ir.

—De mãmillis. Simplicibꝫ doctrine simplicis lac infundere. Uñ. Qui elucidãt me vitã eternã habebũt. Ob vtilitatẽ fit. q̃ ostendit̃ simplicibꝫ vita eiꝰ. Item. Quia mãmille fidel̃ aĩe sunt ꝓpass. o et ꝓgr̃ulatio. ad honorẽ eiꝰ debemꝰ implere illũ ad Rom̃. xij. Gaudere cũ gaudẽtibꝫ. flere cũ flẽtibꝫ. Uel etiã ꝓgaudere ei et ꝓpati. vbi supra. gtic̃a. iij. ca. xij. et. xiij. Uel p amorẽ eiꝰ afflictꝫ ꝓsilĩũ ꝛ auxilĩũ impẽdere. q̃ sunt duo vbera viri iusti q̃bꝫ dꝫ lactare mínores. Ul̃ melꝰ. vbera fidel̃ aĩe sunt gr̃itudo ꝛ hũilitas. q̃bus maxime marie gr̃ia detinet̃ nobiscũ. iuxta illũ canti. i. Inter vbera mea ꝓmorabit̃. Eo enĩ ipo q̃ multiplicibꝫ marie bñficijs nos indignos p hũilitatẽ cognoscim⁹. ꝛ p gratitudinẽ gr̃as agere nõ cessam⁹. ipam nobiscũ inseparabiliter et delectabiliter detinem⁹. qꝛ delicie eiꝰ esse cũ filijs hoim. Parab. viij. Ecõtrario nihil magis fugat eã ꝛ filiũ suũ q̃z superbia et ingr̃itudo.

De lumbis debemus seruire marie Capitulũ x.

—Ut eidem digne mĩstreꝫ exemplo illiꝰ puer. in fine. lumbos p continẽtiã accingere. ꝛ p operationẽ bonã brachiũ roborare.

De genibus debemꝰ seruire marie. Capitulũ xi.

—Ante eiꝰ altaria siue eiꝰ imagines ꝛ cũ recitat̃ nomẽ eiꝰ genua flectere. Quia ipa dic̃ cũ filio Isa. xlv. Mihi curuabit̃ omne genu. Baruch. ij. Anima que trist̃ est sup magnitudine mali. et incedit curua in infimis. ꝛ oculi deficientes. ꝛ aĩa esurientes dabũt gl̃iam deo scilicꝫ ꝛ matri eiꝰ.

De pedibꝫ debemus seruire marie Capitulũ xij.

Ante oĩa p eius honorẽ pedes nostros ab omni via mala ꝓhibere.

Memorias eius cũ deuotõe frequẽtare. vt dicere valeam⁹. Strãtes erãt pedes nostri ī atrijs tuis hierl̃m. i. o tu maria. Uñ int̃ cetera legit̃ dixisse theophilo. se ml̃tũ diligere genꝰ christiãoꝝ. marie eos q̃ recta fide ꝛ pura ꝓscia currũt ad tẽpluꝫ suũ. Et nota currũt. Jn q̃ notat̃ feruor deuotõis. Nõ ei cũ ỏsidia q̃rẽda ẽ. sz cũ feruore.

—Seruos eiꝰ ad honorẽ eiꝰ ꝛ gl̃iam misericorditer visitare.

Seruitiũ eiꝰ stãdo solẽnizare. Uñ legunt̃ aliq̃bus accidisse p̃clara miracl̃a. Hoc stice autẽ potest intelligi. vt si digne voluerꝫ matrẽ et filiũ honorare. terrã habeas sub pedibꝫ. ꝛ alia bona ꝛ terrena desideria suppeditãdo. ꝛ carnales affect⁹ vilipendẽdo et ꝓculcãdo. vt sis mulier illa q̃ describit̃ lunã habẽs sub pedibꝫ. i. oĩa mutabilia. Apocal̃. xij. Aliter enĩ nõ poterꝫ vestiri sole in p̃senti. nec habere coronã stellarũ. xij. ī futuro. Sursũ g̃ erigarꝫ celestia appetẽdo. ꝛ hec ẽ statio spiritual̃.

Ut eidẽ digne seruiat̃ oẽs carnales spurcicial̃ ꝛ cenulẽtos affect⁹ abdicare. Quia sicut dꝫ sap̃. vij. Nihil inq̃natũ ĩcurrit in illã. Nõ ei habitat gr̃a illiꝰ ī corpe subdito peccatꝫ. Sap̃. i. Nec inuenit̃ ī terra suauiter viuẽtiũ. Job. xxviij. Et abyssus dicit, nõ est in me. ꝛ mare loq̃t̃. nõ est mecũ. Ibidem.

Incipit quinta particula secūdi libri

in q̄ ostendit quō marie sit seruiendū de ore et labijs.

Item de ore nostro debemus vir

gini glorioſe multipler ſeruitiū. Laudatōez. Superaltatōez. Oratōez. Cōfeſſionē Benedictōem. Inueſtigatōem. Elucidatōez. Predicatōez. Magnificationē. Cantatōez. Gratiaꝝ actionē. Salutationē. Solēnizationē.

Laudatōem debem⁹ marie Capitulū primū.

Laudationē. Ut ſicut de filio dicit. Laudatōez dñi loquet os meū. ſic ⁊ de matre dicat. Laudatōem dñe loq̄tur os meū. ⁊ bñdicat oīs caro noī ſcō ei⁹. Ipa enī dicit cū filio i ps. Sacrificiū laudis honorificabit me. et illic .i. i laude mea eſt. Iter. Ad eternā laudē ſine fine māſurā. De qua dicit. In ſecula ſecl'oꝝ laudabūt te. illi. ſ. q̄ habitāt in domo tua dñe. Quo. Iſcz itinere ꝓpleto. Oſtēdam illi .i. laudatori meo. Salutare dei .i. filiū dei ⁊ meū. vel. Salutare dei .i. meipam. Ipa enī eſt er q̄ et p quā ſanct⁹ iacob iā morti prim⁹ vitā ſperabat eternā dicēs Beñ. xlix. Salutare tuū expectabo dñe. Per eā enī ipe deus rex noſter ante ſecl'a diſpoſuit opari ſalutē in medio terre. Hic exponit brūs berñ. locū iſtū. Item brūs ber. Berñ. Hō ē dubiū ⁊c. Quere ſup pticl'a ꝑma. cauſa. ij. Item de collaudāda maria maxime i ſolēnitatiby ſuis et ſabbatis. curialiter dicit q̄dam ꝑſayce. In feſtiuo ꝑginis die colletemur. et q̄ lumē lumis ortū ꝓfitemur. Et vt oīs crimis carie mūdemur. oda nr̄is carmīs ipam veneremur. Nec eſt digna laudiby. q̄ nr̄is crimiby cōtulit remedia. Collaudem⁹ igit. dū nobis cōcedit. ipam cū letitia. Quia ꝙ q̄d ſcriptū eſt in Beda Libro ptinet ad laudē ⁊ gl'iam ei⁹. ideo breuiter ptrāſim⁹. Dicit etiā beda O, oratiō eſt iugiter clemētia ſaluatoris. vt beate mr̄is ei⁹ memoriā cōgruis officijs nos dignos faciat venerari.

Superexaltatōem debem⁹ marie Capitulū ij.

Superaltatōnem. Ut ſup omēs ſanctos poſt filiū p modulo nr̄o exaltem⁹ eā. ſm q̄ nobis ꝑcipit de filio daniel'. iij. Laudate et ſuperaltate eū in ſecl'a. Eccī. xliij. Bñdicētes dñm. dicam⁹ dñam. exaltate illā q̄ntū poteſtis. exaltate .i. extra oīa et ſup oīa altā ꝑdicate. Maior eſt ei oīm laude .i. maiori laude digna q̄ſ ſit oīs laus angelica vl' hūana. Ibidē de filio. Dicam⁹ de matre. Glorificate dominā q̄ntū cūq̄ potueritis. qđ maxime fit q̄tēs de ipa ſcpture ſacre exponunt vt gl'ioſior oſtendat. Superalebit adhuc ⁊ admirabil' magnificētia ei⁹. Item in ps. Laudate eū. dicam⁹ eā. ſm ml'titudinē magnitudis ei⁹. Eccī. xviij. Quis inueſtigabit magnalia ei⁹. i. potētiā. Frutē autē magnitudis eius q̄s enūciabit. aut q̄s adijciet enarrare miſicordiā ei⁹? Sicut enī incōpabiliter pl⁹ honoris et gr̄ie exhibitū eſt ei ab ipo creatore q̄ſ oīby alijs creaturis. ſic ab vniuerſa creatura pl⁹ honorificētie et deuotōis exhibēdū eſt ei q̄ſ cuilibet alij pure creature.

Orationē debemus marie Capitulū iij.

Orationē. Debem⁹ enī marie ſacrificiū deuote oratōis. vt dicat de matre ſi Acut de filio dicit Iſa. lxij. Qui remiſcimini dñe. ne taceatis. ⁊ ne detis ſilentiū ei. Item. i. ad Theſſa. i fine. Sine intermiſſiōe orate. Qđ intelligendū eſt ſicut dicit beda. aut de q̄tidianis horis iuxta ritū eccl'ie. Vñ. Benedicā dñm in oīm tpe. Beda Aut q̄ q̄cq̄d iuſt⁹ facit ſm honorē dei et marie ad orōez refert. Ideo etiā canit eccleſia. Oīs hō omni hora ipam ora. ⁊ iploza ei⁹ patrocinia. Aſſidue ſiq̄dē exorandа eſt maria a nobis. q̄ aſſidue exorat p nobis. Hec eſt enī fratrū amatrix ⁊ populi iſrael .i. chriſtianoꝝ videntiū deū p fidē. Hec eſt que m'tū orat p populo ⁊ p vniuerſa ciuitate ſancta hieruſalem .i. eccl'ia militāte. ſicut legit de hieremia. ij. Macha. xv. Ipa ei eſt berſabee. i. pure⁹ ſatieratis. q̄ pepit chriſtū. i. ſufficiētiā oīm. q̄ ꝑciby ſuis impetrat a ꝙ dauid. i. deo patre. filijs ſuis. i. imitatoribꝫ regnū iſrl'. id ē viſiōis eterne. ſicut legit. iij. Regū. i. q̄ illa berſabee ipetrauit ſalomōi filio ſuo

Bern. regnū. Et hoc est qđ docet btūs bern̄. Cupiētes inuenire gr̄az./q̄am⁹ inuentricez gr̄e mariā. que q⁹ sp̄ inuenit frustrare ñ poterit. exaudiet ei p̄ sua reuerētia. Deb. v.

Itē. Maria os nostr̄. q⁹ assidue p̄ nobis filiū interpellat. Unū Apoc. xij. ⌊Terra⌋. i. B
maria Laputt os suū ⌊ad filiū ero⁹ādū. p̄ m⁹iere. i. fideli aīa. quā serpēs. i. diabolus infestabat. Et ipa est q̄ p̄mo legit in nouo testamēto p̄ hoīe ero⁹asse dicēs ⌊Fili./ vi nū nō habēt. Job. ij. Itē rogāda est assidue mater mīficordie. vt mīficordie opera nobis miser̄ misericorditer exhibeat. vt videlicz frāgat esurīēti panē suū. Qđ fit./ q̄n p̄ticulariter distribuit gr̄am co⁹ hoīs p̄ fortātē. Ut egenos vagosq⁹ inducat in domū suā. s. pauisū. Ut nudos opiat vestiment̄ virtutū./q̄ carne vestiuit filiū dei. Ut dimittat eos q̄ p̄fracti sunt liberos. ⁊ onera petō⁹ disrūpat. et ceta in hūc modum. Isaie. lviij.

Itē in lerania sanctor̄ trib⁹ noīb⁹ interpellam⁹ mariā vt o⁹et p̄ nobis. Que sūt. Sā L
cta maria o⁹a p̄ nob. Sācta dei genitrix o⁹a p̄ nobis. Sācta v̄go virginū o⁹a p̄ nobis. Et h̄ ꝫ tria vicia q̄ p̄cipaliter nos īfestāt. i. supbiā. auariciā. luxuriā. Maria interpr̄at stella maris. q̄ videlicz stella modica est ⁊ lucida. Et maria modica ē p̄ humilitatē. lucida p̄ exēplū. Ecce medicina ꝫ supbiā./q̄ ꝺ se magna estimat. ⁊ int̄i⁹ obscurat ⁊ excecat. Rogāda est assidue maria vt nomē suū interpr̄et in nobis qđ est illumīatrix. Genitrix solet esse filijs pia ⁊ mīficors. Ecce medicina ꝫ auariciā. que spoliat aut fraudulēter aut manifeste. que īpam dei imaginē. i. filiū p̄ pecunia crucifixit. In h̄ noīe v̄go v̄ginū notat̄ dupler mūdicia. carnis scilicz ac spiritus. cōtra affectū ⁊ actū luxurie. Et ita in his trib⁹ appellatōib⁹ insinuat̄ q⁹ q̄ntū cūq⁹ q̄libet morbo peccati maculat⁹ fuerit q̄s. in btā v̄gine p̄t lauacrū inuenire.

/Dicat g̃ beate virgini supbi. Sicut ve es stella maris modica et lucida. tolle a me ī/ D
flationē et nubē supbie. Inestimabiliter enī odit supbiam./que inestimabiliter humilitatē dilexit. Sil⁹ auariciā cū sit mater pietatis. et luxuriā cū p̄ma emiserit virginitatis votum.

—Dicat ei auar⁹. Sicut ve es mater pietatis. tolle a me duriciā auaricie. et da teneritatem misericordie.

\Dicat ei luxurios⁹. Sicut ve es virgo virginū./extingue ī me ꝺcupiscētias carnis. ⁊ fac mūdū ⁊ pudicū. Et h̄ ē q⁹ o⁹am⁹ eā. Hos culpis solutos mites fac ⁊ castos. Et vitam p̄sta purā ⁊c.

Itē maria designata est p̄ templū salomonis. de q̄ dicit dn̄s. ij. paralip. vij. Oculi mei E
erunt apti./et aures mee erūt erecte ad o⁹ōem ei⁹ q̄ in loco isto o⁹auerit. elegi enī ⁊
Anselm⁹ sanctificaui locū istū. Itē o⁹are debem⁹ assidue mariā exēplo btī anselmi dicēt̄ ad eā. Obsecro te o maria p̄ gr̄am qua dn̄s voluit esse tecū. et te voluit esse secū. vt p̄pter eandē īpam gr̄am misericordiā tuā et gr̄am facias esse mecū. Fac vt amor tui semp sit mecū. et respectus pietatis tue q̄ꝫdu ego subsisto sp̄ sit mecū. Fac vt ꝫgratulatio btītudis tue semp sit mecū. et ꝺpassio miserie mee q̄ntū mihi expedit semp sit tecū. Sicut enī o btissima oīs a te auersus ⁊ a te despectus necesse est vt ītereat. ita ad te oīs cōuersus ⁊ a te respectus īpossibile est vt p̄eat. De maria enī p̄t intelligi illud p̄s. ⌊Auertēte te faciē tuā⌋. i. respectū mīficordie ⌊turbabūt̄ ⁊c. Itē īpa ē sol./a cui⁹ respectu soluit̄ glacies. i. gelicidiū cordis pctōris. Itē p̄s. Auertisti faciem tuā a me. ⁊ fact⁹ sum ꝺturbat⁹. Job. xiij. Cur faciē tuā abscōdis ⁊c. Isa. lxiij. Abscōdisti faciē tuā a nobis. ⁊ allisisti nos ī manu iniq̄tatis nr̄e.

Itē. Quia maria facile impetrat q̄cq̄d petit a filio. Ideo ī figura ei⁹ dictū ē Judith viij. O⁹a p̄ nobis. q⁹ mulier sancta es ⁊ timēs deū. Sil⁹ in figura ei⁹ dictū ē hes/ F
ster. xv. Invoca dn̄m./et loq̄re p̄ nobis regi. ⁊ libera nos de morte. Ipa ei detinet irā dei ne statim vindicet in nos. Un̄ dicit Can. iij. Tenui eū nec dimittā ⁊c. Gratiositas autē ei⁹ ad ipetrādū figurata est hester. vij. vbi dixit assuer⁹ hester. Que ē petitio tua hester vt det tibi. ⁊ q̄d vis fieri? Etiā si dimidiā regni mei ptē petieris impetrabis. Quere exp̄sitōem libro. vi. titulo. xiij. q⁹ maria regina. Cōquerebat enim dn̄s anteq⁹ maria nasceret dicēs Isa. Non est q̄ ꝺsurgat et teneat me. Sed ipa facta est aduocata nostra. et allegat p̄ nobis fideliter co⁹ā filio suo./ vētrē ⁊ vbera

eidē repsētās.ꝛ ipe veluti pyssim⁹ infās delectaꝫ ab vbere mris ei repītato. Isa.xi. B

Impetrat nobis maria

Gratiā seu vinū cōpunctōis.qđ signatū est in nuptijs. Joh.ij.
Gratiā recōciliatōis.sicut mlier thecuites absalon fratricide.ij. Regū.xiiij.
Gratiā ablutōis peccatorū.signata.i. Regū.xxv.p abigail.que phibuit dauid ne interficeret nabal.
Deletōem cirogphi diaboli.sigta p hester.q̄ lras aman fec̄ irritari. Dest.xvi.ꝛ viij.

Confessionē debem⁹ marie Capitulū iiij.

QConfessionē Ipa enī videt dicere cū filio. Mat.x. Lu.xij. Qui me pfessus A
fuerit corā hoibꝫ.cōfitebor ꝛ ego eū corā pre et filio meo.
Debem⁹ enī corde credere. qz corde credit ad iusticiā .et ore pfiteri. qz hmōi pfessio
fit ad salutē.ipam virginitatis pmiceriā.sine corruptōe fecundā.sine gamie grauidā.sine dolore puerpam.ꝛ cetera oia q̄ de ipa credit ꝛ asserit ecc̄ia catholica.
Debem⁹ etiā pfiteri partū ei⁹ virgineū.vt sup̄ cā.xxiij.et q nec pmā silez visa est nec B
habere seqntē.et cetera hmōi. Ad hec debem⁹ ab ea iugiter orādo vitā gre postulare cū ipa sit mater vite.qz Lviuēs Ivita nature.Lviuēs Ivita gre.Lipse Inō ali⁹ Lofitebit tibi Io dña ad salutē aīe sue et bīplacitū tuū.LA mortuo enī Ip petīs morteLqsi nihil perit pfessio. Ecc̄i.xvij.
Debem⁹ igit pfiteri eā pfessiōe laudis.vt cōfiteaꝫ nos pfessiōe recognitōis ꝛ ptectō/ C
nis. Christ⁹ de reprobis dicit Matth.vij. Tūc pfitebor illis qz nunqz noui vos.
Et hec est pfessio reprobatōis. Et ß est qđ legit in penitētia theophili.qz p⁹ q̄z p/
De theo phi. mitteret ei se rogaturā p eo.fecit eū pfiteri filiū suū verū deū ꝛ verꝫ homīem ex se natū p salute mūdi.dicēs ei. Cōfitere filiū meū.misericors enī est. et suscipiet lacrimas penitentie tue.
Confitenda etiā est sicut docemur pfiteri filio. Ecc̄i.xxxix. Cōfitemī illi in voce labi D
orū vestroꝝ.in cāticis labioꝝ ꝛ cytharis. Hic expone.LCōfitemī Ipcta ꝛ laudes Lilli I.i.ad gliam ꝛ laudē illi⁹.qz sicut dicit glo.sup.vij. Josue.pfessio pcōris.ad laudem ptinet ignoscēt Lin voce labioꝝ vroꝝ I.i.in pfessiōe laude.ꝛ pdicatōe Lin canticis labiorū I.i.in laudibꝫ q̄ ex mētis hilaritate pcedāt.L ꝛ citharis I.i.mortificatōe carnis p ieiunia ꝛ alia penitentialia exercitia. Ūñ dicit .Lcytharis Ipluraliter. Et ß totū est.ac si diceret sapiēs.verbis ꝛ factis laudate eam.
Confessionē etiā peccatoꝝ nostroꝝ debem⁹ marie. Ūñ dicūt q̄ volūt absolui. Con/ E
fiteor deo et bt̄ marie et oibꝫ scīis ꝛc̄. Quasi diceret pfitēs. Volo qz ipa sciat confessionē meā.ad testificandū p me corā deo.qz ante mortē pfessus fui peccata mea.
Ipa enī est testis in celo fidel corā filio suo.sicut de luna dicit in ps . Ez vide qz
ve pfitearis.ꝛ habeas cāz bonā.qz fidel testis est ꝛ p te nō mētiet.sic̄ dr̄. puer. xiiij.

Benedictionē debem⁹ marie Capitulū v.

BEnedictōem. Ut scz incessanter corde ꝛ voce simul bñdicam⁹ mariā.p cui⁹ A
virginalē partū in bñdictiōem pversa est maledictio eue.qñ dictū est marie.
Aue gratia plena ꝛc̄. Itē vt ei bñdicendo .bñdici mereamur a dño. Hi enī abraham dictū est a dño gen̄.xij. Benedicā bñdicentibꝫ tibi .ꝛ maledicā maledicētibꝫ te.
Et si dictū est iacob Gene.xxvij. Qui maledixerit tibi sit ille maledict⁹ .ꝛ q̄ bñdixerit tibi bñdictōibꝫ repleaꝫ.mlto forti⁹ dictū est marie istō q̄ filia est abrahe. Que etiā bñ designaꝫ p iacob q̄ interptaꝫ supplātatoꝝ.qz simul ꝛ semel vicia oia supplāt/
tauit.L Benedicētes enī ei hereditabūt terrā Ivinentiū Lmaledicētes aūt ei dispibunt I.i.in diuersas ptes pībūt.s.in corpe ꝛ aīa. Quales sunt iudei pagani hereti/
ci ꝛ blasphemi. Volūtas enī filij est vt mrem illi⁹ et dñam nram Lbñdicamus in
omni tpe Iscz nocte ꝛ die.ī pspis et aduersis .ꝛ vt laus ei⁹ sp̄ verset in corde et ore
nostro.de ipa meditādo.ipam laudādo.orādo.bñdicēdo. illi grās agēdo .ei⁹ magnalia pdicādo.ꝛ vt laus ei⁹ sit q̄si frenū in maxillis nostrꝝ.nos refrenās a vicijs
lingue. Unde et ipa pmittit cū filio laudatori suo ysa .xlviij. Laude mea infrenabo te ne itereas. Itē vt impleas illō ps. Oia q̄ intra me sūt bñdicāt scīs nomē e⁹
Et bñdicenda sunt q̄tidie singula mēbra eius.vt in singulis mēbris nostris bene/

dictionē reportemus ab ea.

Itē bñdicendi sunt pedes q̄by dñm portauit. Uēter in q̄ portauit. Cor vñ in eū fir/ B
miter credidit & feruēter eū dilexit. Ubera q̄by lactauit. Man⁹ q̄by nutriuit. Os & lingua q̄by ei dedit felicia oscula nr̄e redēptiōis. Nares q̄by sensit suaue olēt̄ fra grātiā hūanitat⁹ ei⁹. Aures q̄by dulcia ei⁹ eloq̄a delectabilit̄ auscultauit. Oc'li q̄by ip̄m deuote respexit. Corp⁹ & aīa q̄ christ⁹ in ea oī bñdictōe p̄secrauit. Et salutā/ da sunt & bñdicēda cū oī deuotōe hec sctissima ei⁹ mēbra. ita vt singul' dicant sin/ gule salutatōes. s. aue maria. Due ad pedes. Una ad vtez. Una ad cor. Due ad ubera. Due ad man⁹. Due ad os & liguā. Due ad labia. Due ad nares. Due ad au res. Due ad oc'los. Due ad aīaz & corp⁹. Et sic i vniuerso sunt. xx. salutatōes. q̄ i modū q̄tidiane pēsiōis cū singul' & totidē genuflexiōib⁹ si fieri p̄t. cor̄ imagie sua vl' altari p̄soluēde sunt p̄gini gl'iose. iuxta illō p̄s. Per singl'os dies bñdicā tibi. et laudabo nomē tuū i seculū & in seculū secl'i. Et sicut dicūt q̄ exp̄ti sūt & testant. q̄ a viris sctis audierūt. vix posset adiueniri mod⁹ ali⁹ seruitij. q̄ tātū p̄gini p̄placerz. vel ex quo tāta deuotio redūdaret diligētib⁹ eā. Itē. Per singula ei⁹ mēbra p⁹ ge nuflexionē adoratōem & salutationē sic dicendū. Dulcis dña adoro et bñdico bea tissimos illos pedes. q̄by dñm sup̄ terrā portasti. Bñdico & adoro btissimū vtez il lū in q̄ ip̄m baiulasti. & sic ceteris mēbris & sensib⁹ p̄memorādo act⁹ suos q̄by dño f uierūt. qō meli⁹ dictabit deuotio q̄z sermo. melius gr̄a q̄z scriptura.

Hoc etiā faciēdū ē exēplo illi⁹ btē m'ier. q̄ sicut inuenit i legēda btē marthe hospite L
dñi appellabat marcilla. q̄ extollēs vocē ō turba dixit iesu. Btūs vēter q̄ te porta uit. et ubera q̄ suxisti. Extollēs .i. ex corde tollēs vocē .i. christi p̄mēdatōez & iu deoz blasphemātiū p̄fusionē. q̄dā m'ier de turba .i. nō diues aut nobil'. sz de cō muni plebe. Propter h̄ euāgeliū illō legit̄ de p̄gie in diebꝫ pfestꝫ. Dixit illi .i. chri sto q̄ blasphemabat a iudeis. Btūs vēter q̄ te portauit .i. q̄ ad nos te btm̄ porta uit. Uel qui .i. qz te portauit. Hō enī a vētre fili⁹. sz vēter a filio btificatōis ho norē accepit. sic̄ vas nouū & puz a bono vino vl' a bona specie vl' electuario sapo rē accipit & odorē. nō ecōuerso. Dicit aūt vēter p̄gis btūs p̄cipaliter ppt̄ tria mi rabilia que in eo facta sunt.

Prīo. Quia de⁹ ibi fact⁹ ē hō. Uerbū infans. Immortal' mortal'. Immēsus puu/ lus. Creator creatura. Qui fecit h̄ qō factū ē. Joh. i. Uerbū caro factū ē & habita uit in nobis. Propt̄ h̄ etiā eccl̄i. ō de pr̄e et de sapia que est fili⁹ dei. Creauit il/ lā .i. icarnari p̄stituit. Un dic̄ pater ysa. xlv. Ego dñs creaui eū hoiem spūsctō .i. coopatōe spūsscti. qz tota trinitas opata est incarnatōez filij. Et vidit .i. scz deus pr̄. i. approbauit. & dinūerauit .i. plene p̄phēdit. & mēsus est. qz nūerositatē carīs matū q̄by replet⁹ fuit christ⁹ hō pr̄ plenissime p̄phēdit. Uel sic. Et vidit .i. visibi/ lē fecit. & dinūerauit .i. nūerabilē cū alijs hoib⁹ fecit. Un ysa. liij. Et cū sceleratꝫ re putat⁹ ē. Et mēsus ē .i. mēsurabilē fecit. Et sic ostēdūt tria mirabilia circa incar/ natōem. Hā inuisibil' fact⁹ ē visibil'. et innūerabil' fact⁹ est nūerabil'. & immēsus fa/ ctus ē mēsurat⁹. coartat⁹ scz infra vtez virginalē. Jō dic̄ hiere. xxxi. Creauit dñs nouū sup̄ terrā. femina circūdabit virū.

Scdo. Quia q̄ fecit vētrē fact⁹ est in eodē vētre. Hoc ē magnū mirabile. sic̄ si q̄s p̄ us faceret domū. & postea nascerer̄ i eadē domo. Jō gl'iosa dicūt̄ de ciuitate dei. i. maria. s. q̄ hō natus est in ea. & ip̄e fūdauit eā altissim⁹. ysa. lxvi. Quis audiuit vn q̄z tale. & quis vidit huic simile?

Tercio. Quia venter ille mai⁹ se continuit. i. deū quē totus nō capit orbis. q̄ seip̄m clausit i vtero p̄giali. & i visceribꝫ p̄gis gl'iose. De hac materia m'ra iuenies libro r. titulo. xlij. q̄ maria dr vas admirabile. op⁹ excelsi. Eccl̄i. xlij.

Itē nota q̄ nō dixit illa m'ier. btā mater q̄ te portauit. sz port⁹ btūs vēter. ad innuē/ dū p̄passionē. & q̄ntū in se ē sua oīb⁹ p̄mūicat p̄ caritatē. Un vēter ei⁹ dr aceru⁹ tri tici. Cāti. vij. Et de hac portatōe i vtero suo spūali q̄ desigt pietatē ei⁹. dicit ipsa cū filio ysa. xlvi. Ego portabo & salvabo. & cetera m'ra. D

Itē. vēter .btē p̄gis dr. btūs .m'tis de causis. et q̄ntū ad se & q̄ntū ad nos. Quantū E

Boeci ad se in trib⁹. Dicit enī boeci⁹ q⁹ btūtudo est stat⁹ oīm bonoꝝ ꝯgregatōe pfectus. O mē bonū respectu vētris. ē integritas ꝑginal'. fecūditas ꝯiugal'. ꝓtinētia vidualis. Et btā maria fuit sp virgo. fuit fecūda. sed sine viro. fuit vidua mortuo spōso. Fuit etiā vēter iste btūs q̄ ad nos. qz releuauit miseriā nr̄am. q̄ triplex erat. Seruitut⁹. Infirmitat⁹. Et necessitat⁹. Primā. qz tulit thesaurꝝ nr̄e redēptōis. Parab. xx. Thesaur⁹ desiderabil' z oleū zc̄. Secūdz. qz fuit apotheca medicine nr̄e curationis. Eccī. xxxviij. ⌊Altissim⁹ creauit ō terra ⌋carnis ꝑginee ⌊medicinā ⌋Tertiā releuauit. qz fuit ager plen⁹ afferēs panē. z ort⁹ ꝯclusus afferēs fructū nr̄e refectiōis.

obumbrauit ei.habes infra expositũ libro.xij.particula.ij.titulo de ꝑmo delecta/ bili orti ꝯclusi.ſm q̃s q̃s ȯ hmõi materia vnq̃ alicubi potuim⁹ repire expositões.

Athanasius Itẽ Athanasi⁹ ĩ dyalogo suo .Incarnat⁹ est vnigenit⁹ dei secreto suo mysterio cȯ Q
ipe nouit.nostꝝ est credere./⁊ illius est nosse. Et hoc est qȯ canit. Signum auditi

nouitatis.crede solum et est satis ꝛc̄.

Jtē de hoc secreto dicit christ⁹ Jsa.xxxiij.¶Secretū meū mihi¶ō ꝯceptu virginis ꝛ ingressu meo in ꝙginē¶secretū meū mihi¶de egressu meo ꝛ puerpio eius. Sicut ḡ nemo nouit in christi incarnatōe virginis ꝯceptōez.sic nemo ꝑsumat in christi natiuitate virḡis matris discutere virginitatē.ne tangēs montē bestia lapidet. Exo. xix.ꝛ ad Hebꝛe.xij. Jdeo dicit Jsa.liij. Generatōem ei⁹ ꝙs enarrabit? ei⁹.i.christi.vel ei⁹.i.marie.quō.s.ipa eū genuit ꝙ se fecit. Jdeo iohēs baptista Joh.i.¶Nō sum dign⁹ soluere corrigiā calciamēti ¶.i.explicare vnionem verbi. Quasi diceret. Nec sensu plene itelligere generatōz ei⁹.nec etiā qō sentio ꝙbis sufficio enarrare.

Item de ꝯceptu ꝛ partu virginis dicit Jsa.vij. Ecce ꝙgo ꝯcipiet ꝛ pariet filiū ꝛc̄.Supius dixerat ꝓpheta.¶Ipe dñs dabit vobis signū.¶Multa ei signa dederat ꝑus dñs ꝑ patriarchas et ꝓphetas.sed ꝟ mirabile ꝛ ineffabile signū dare voluit ꝑ seipm ꝓpter signi excellētiā. Qō sic completū est vt natura nascētis cōprobet ex virgine.et mirabile ꝑdicet ex deitatis opatōe. Et hoc signū nec diuitas opata est sine homie.nec hūanitas sine diuīrate ꝙbi. Et hoc est signū cui sp ꝯtradictū est Luc̄.ij.et adhuc ꝯtradicit a ꝙbusdam. Dicit ḡ ꝓpheta.¶Ipe dñs dabit¶ipe nō alius¶vobis¶o dom⁹ dauid¶signū¶salutis ꝛ liberatōis. Hic tria notant ꝑ ꝟ ꝓnomē ipe.Dñi libalitas.opis sublimitas.opis ꝑsentialitas. Uñ sensus ē¶Dominus ipe¶sine alicui⁹ merito¶ipe¶nō alt⁹¶ipe¶ꝑs¶dabit vobis signū¶nō ꝙlecūqz.sed inauditū.sed nouū.sed mirabile.ꝫ excellens.qō null⁹ posset dare nisi solus de⁹.Et qō signū.¶Ecce ꝙgo ꝯcipiet¶ꝙgo¶et pariet¶ꝙgo. Hoc nomē enī virgo i ꝟ loco tenet diasirtice. In ꝟ signat ꝙ vtraqz futura erat mūda.ꝛ caro generās. et caro generata. Jdeo sol⁹ potuit hui⁹ puerpe filius cātare canticū illō. Sine iniq̄tatib⁹ cōceptus sum.ꝛ sine peccatꝭ ꝯcepit me mater mea.¶Filiū¶dei ꝛ suū.s.deuꝫ et vez hoiem¶filiū¶singulariter.nō filios.sicut dixit heluidi⁹ hereticꝰ.ꝯ quē scribit hieronym⁹ epl'az de ꝙgnitate btē marie ꝑpetuo ꝙfuata.¶Et vocabit nomē eius emanuel¶qō interꝑtat nobiscū deus. Et sic in ꝟ noīe emanuel designat duplex natura in christo. Nam de⁹ est nomē diuīe nature.qō dicit nobiscū.hūane nature cōmunionē designat. Et nota qꝫ nō dicit de deo qꝫ nos sim⁹ secū. sed ccōuersꝰ de nobis dicit qꝫ ipe sit nobiscum .vt intelligam⁹ nō ḡsi hominē reuersuꝫ ad deū. ꝫ deum ḡsi euestigio hominē secutū vsqꝫ in exiliū. Uñ dicit Luc̄.i. Uisitauit nos oriens ex alto. Quod ꝟ hō ꝑdidit in ꝑmo hoīe.s.cū deo esse.ꝟ videt in nouo adā homine recupasse. Alia litera habet¶Uocabis¶o tu iuda. i. inuocabis ī piculis.¶nomen eius¶vt teliberet¶nomen ei⁹¶dico¶emanuel¶Et ſm hanc lram ꝯiūctim legitur¶nomen eius emanuel¶.i.hoc nomē vocabis in auxiliū.i. rē hui⁹ noīs .i. christum verū deū ꝛ verū hominē. Aliq̄ libri habent.vocabit.ꝫ male. Et ꝙ ponit vocabit.magis sequit sensum ꝗꝫ ꝟba. Dat.i.in fine. Et nota qꝫ vbi nos habem⁹ ꝙgo.habet hebꝛeus alma.qō dupliciter sumit in hebꝛaico.ꝑ adolescētula.ꝛ sic accipiūt iudei increduli.ꝛ ꝑ apocrisa.i.absc̄dita qꝫ est perifrasis.i.circūlocutio ꝙgnū. Unde angel⁹ ipam repperit in ꝯclaui. Jtē hoc nomē alma lingua punica virginē sonat.et lingua latina sanctā. Et qz iudei pene oīb⁹ linguis vtunt.ideo hic ꝓpheta posuit ꝟ nomē alma ꝑt est punicū vel latinū vl' adminus ꝑt est hebꝛaicū i secūda significatōe.i.ꝑ apocrisa.ꝛ sic sumit hic hieronym⁹.

¶Ecce virgo ꝯcipiet¶ꝓphetali certitudīe demonstrat futurū ḡsi ꝑsens.ꝛ ideo dicit¶ecce¶qō est aduerbiū demōstratiuū ad oculū.qz verbū inuisibile ꝑ⁹.visibile ꝑ carnis assumptōem ꝑdicit.Et ꝟ est illud nouū hiere.xxxi.¶Ecce¶admiratiue¶virgo ꝯcipiet¶de spūsctō¶ꝛ¶ꝙgo¶pariet filiū¶dei et suum¶et vocabit¶ipa iuxta qō dictum est ab angelo Luce.i. Uocabis nomē eius iesum. Uel¶vocabis¶o tu iuda¶nomen ei⁹ emanuel¶.i.verū deū et verū hominē credēs ipm in picul' inuocabis.

Sequit¶Butyrū ꝛ mel ꝯmedet¶.i.omnē cibū infantilē homini idoneū¶ꝯmedet¶vt ver⁹ hō.ꝛ ponit partē ꝑ toto. Hic inqm¶ꝯmedet¶vnde alit infantia.¶vt¶.i.ḡnis¶sciat¶qz etiā tūc vir erit ꝑfect⁹ sciētia ꝛ virtute. Uel sic.¶Butyrū et mel ꝯmedet¶ista ꝯn¶vt¶in ipa infantia¶sciat reprobare malū¶.i.oēs pctōres¶ꝛ eligere bonū¶.i.

omnes bonos. quod fiet in die iudicij manifeste. quãdo sepabit agnos ab hedis.
Hiero. Matth. xxv. Et quotidie facit vt de⁹. Hieronym⁹. His verbis ꝓcipim⁹ saluatoris infantiã diuinã in eo nõ minuisse sapientiã. q̃uis dicat Lu. ij. Puer ꝓficiebat sapiẽtia ⁊c. apud deũ ⁊ homies. nõ simpliciter sed ostẽsiue. Et dicit hoc vt veritas hũani corꝑis ꝓbaret. Infantia enĩ nõ ꝓiudicat diuine sapiẽtie. nec pl⁹ sciuit adult⁹ q̃ paruul⁹. sed minus ostendit sapiẽtie paruul⁹ q̃ adultus. Quere libꝛo. i. ca. vij. de bñdictõibus fruct⁹. post mediũ capituli. et ibi inuenies. ¶ Aliter. Butyrũ et mel comedet. i. omnẽ cibũ infantilẽ ⁊ virilẽ. Per butyrũ qđ de lacte fit cibꝰ infantilis. ꝓ mel cibus virilis intelligit. Quasi diceret. Sic erit infans. q̃ erit etiã vir ꝓfectus sciẽtia ⁊ ꝟtute. Et nõ solũ tunc erit infans ⁊ vir. ĩmo etiã deus. Ut sciat reꝓbare malũ ⁊ eligere bonũ. i. habeat tũc discretõez boni ⁊ mali. qđ nõ põt esse in puro hoĩe dũ infans est. Et ponit vt ꝓ q̃uis. Z

Histicel. Butyrũ ⁊ mel ꝯmedet. Butyrũ est pinguedo boni opis. mel dulcedo contemplatõis. ⁊ hec duo sunt cibꝰ iusti. Uel. Butyrũ. mysteriũ incarnatõis. Uñ iob xxix. Lauabã pedes meos butyro ⁊c. Geñ. xviij. Tulit abraham butyrũ ⁊ lac ⁊c. Uel dulcedo deitatis. Uñ puer. xxv. Sicut q̃ mel multũ ꝯmedit nõ est ei bonũ. sic q̃ ꝓscrutator est maiestatis oppꝛimet a glia. Eodẽ capl'o. Uel ĩueniſti. ꝯmede qđ sufficit ⁊c. Hec comedit christ⁹. qꝛ in fomentũ mẽbꝛorũ hec cõuertit. ⁊ in dele/ cationẽ ipꝛorũ. Ut sciat reꝓbare malũ ⁊ eligere bonũ. i mẽbꝛis suis. Ad ꝑ enĩ est tota doctrina ⁊ exhortatio christi. vt malũ fugiam⁹. ⁊ bonũ eligam⁹. Uñ. decli/ na a malo. ⁊ fac bonũ ⁊c. ¶ Sed nota q̃ si volueris ꝑ cibo vesci tã q̃ mẽbꝛ christi opoꝛtz vt q̃ alij ducatur in babylonẽ. i. in ꝯfusionẽ peccati. remaneas ĩ mẽdio terre. i. in hierusalẽ. Uñ Isa. vij. Butyrũ ⁊ mel ꝯmedet oĩs homo qui relictus fuerit in medio terre. A A

Item Ut spiritualiter intelligant hec ꝟba. notandũ q̃ butyrũ exꝑmit ab vberibꝰ. Unde pab. xxx. Qui fortiter ꝑmit vbera ad eliciendũ lac. exꝑimit butyrũ. Jn butyro igit christi hũanitas. Et habet butyrũ q̃ttuoꝛ ꝓprietates ꝑncipales. B B

Butyrum

Pingue est. Et hec pinguedo refert ad mysteriũ ꝯceptiõis. q̃si pinguedinẽ enĩ butyri accepit christ⁹ ĩ ꝯceptõe. qñ vnctõe carismatũ vnctus est ꝑ participibꝰ suis. et qñ vitulus saginat⁹ ꝓparat⁹ est in vtero ꝟginis. vt ꝓdigo redeunti pingue ꝯuiuiũ instauraret. q̃ omnes electos ad illud ꝯuiuiũ inuitatos sua pinguedine saginaret. Isa. xxv. Faciet dñs exercituũ oĩbꝰ populis ꝯuiuiũ pinguiũ ⁊c.

Suaue est. Et hec suauitas refert ad hũilitatẽ natiuitatis. Si enĩ pie recolas natiuitatis eiꝰ humilitatẽ. vilitatẽ pãnoꝛ. ⁊ hmõi. q̃d inuenies nisi suauitatẽ.
Butyrũ
Liquefactiuũ est. Et hec liq̃factio refert ad feruoꝛẽ passiõis. vbi stillicidijs gr̃arũ alios fecit charitate pingues. alios hũilitate suaues. quosdã vero passionis ꝓstantia fortes. et hmõi.

Nutritiuũ est. Quod nutrimentũ refert ad sacramẽta nostre redẽptõis. Et exꝑssum est hoc butyrũ quasi ex duobꝰ vberibꝰ. s. iudea ⁊ gentilitate. Uñ descẽdit christus humanat⁹ nõ solũ de stirpe dauid. sꝫ de petra deserti ꝑ ruth. i. de duricia ⁊ infidelitate gentilitatꝭ. Isa. xvi. Emitte agnũ dñe. dñatoꝛẽ terre de petra deserti ⁊c.

Uel elicit de floribꝰ. in quo notat eius diuinitas. Et habet mel tres ꝑncipales ꝓꝑietates. licet ⁊ alias multas. C C

Purgatiuũ est. qꝛ solus de⁹ ĩmpios iustificat a peccatꝭ. ⁊ sol⁹ petã dimittit.
Uel
Conseruatiuũ est. qꝛ augendo gr̃am dirigit iustum.
Dulce est et nutritiuũ. quia post gr̃am tribuit gl'iam. post meritũ reddit ꝑmium.

Iste ergo emanuel reꝓbauit malũ. qꝛ morte moriendo destruxit. et elegit bonũ. qꝛ vitam resurgendo reparauit. D D

Uel aliter. Butyrũ ⁊ mel comedet. In lacte duo. Caseus qui signat peccati egritudinẽ. quia sanus nõ est. Butyrũ qđ sanũ est. Inter hec diuisit noster emanuel. qꝛ humanã naturã sine peccato assumpsit. ⁊ ita caseum nõ ꝯmedit. Item apis habet mel et aculeũ. Uel misericordia. aculeus iusticia. Inter hec noster emanuel diui/

sit.qz veniens saluare nos misericordiã assumpsit.et iusticiam q̃si dimisit. Ez nolite errare.qz veniẽs ad iudiciũ resumet aculeũ. Quere libro.xij.pricula.v.ti.xvij. vbi christus dicit apis.

Dgr Richard⁹ ó cto vict. Aliter Lutyrũ z mel ꝯmedet. Quare nõ dixit panẽ z carnẽ.cũ vez dixisset: Pro/pter mysteriũ. Mel enĩ z butyrũ delicie sunt muscaz immũdarũ z venenosarum. Apis venenosa ꝑ melle laborat z pugnat.vt sepe pro eo animã ponat. Butyz est pinguedo lactis.cui p̃ ingluuie se immergũt musce sordide sepe vsq; ad mortem. In ℞ igit q; noster emanuel hec duo ꝯmedit.signat q; p amore nostro vsq; ad participatõem nõ solũ hominũ.non solũ iumentorũ.sed etiã muscaz immũdaz z venenosaz descendit. Usq; ad participatõnẽ dico.nõ culpe sed pene z mortis. Quis ergo desperet de cetero hominẽ posse fieri participẽ celestiũ deliciaz. cũ dñs maiestatis ꝓpter hoies descẽderit vsq; ad delicias muscaz. Ecce q̃ntũ ꝑ amore nr̃o semetipm exinaniuit.q; se tali indigentie spõte subiecit. E E

Itẽ. Christ⁹ mel.qz de celo descẽdit mediãte roze gr̃e que matrẽ implenit. Et est mel vt ita dicã q̃si q̃daz dulciflua crassitudo rozis. Quia si christi cor attẽdimus. nihil illo benignius.z eius dulcedo dulcedinẽ omnẽ incõparabiliter excedit. Descendit aũt mel istud de summis ad ima.z a sũmo celo egressio ei⁹.quia de apotheca supcelesti.℞ est.de corde summi patris ĩ ꝟginalẽ apothecã.i.cor z vteꝛ matris. Jõ orabat Isa.xlv.quasi loquẽs ad patrẽ z spiritũsanctũ. Rorate celi desup. Rorauit eĩ pater mel istud gignẽdo.rorauit spũsctũs ipm cere mũdicie ꝟginalis ineffabiliter vniendo. Et ideo christ⁹ ꝯparat sauo. Rorauit pater mittẽdo quẽ genuit. rorauit spũssanctus inspirãdo cui vniuit.qz christ⁹ a patre est genit⁹. z de spũsctõ ꝯcept⁹. F F

Item christ⁹ lac./qõ p̃cipui est cãdoris.ecce intima mũdicia .z eximiũ dulcoris .ecce summa pietas z plena beniuolẽtia. Quia pectus dominicũ lacteũ cãdorẽ habuit ĩ integritate sũme et ĩtime puritatis.lacteũ dulcorẽ ĩ plenitudie sũme z intime pietatis. G G

Itẽ de dignitate ꝯcept⁹ et partus virginei dicit Gene.ij. Nõ nõ erat q̃ oparet terrã.i.brãm ꝟginẽ. sed fons ascedebat de terra.i.xp̃s fons gratie.q; nat⁹ de virgine ascẽdit de terra.nõ descẽdit vt peccator. Itẽ fili⁹ patri Tu es q; extraxisti me de vẽtre. Hic notat dignitas natiuitatis xp̃i.q; patrẽ habuit q̃si loco obstetricis. quem cõceptũ sine carnali cõcupiscẽtia extraxit pater de vẽtre matris ꝟginis manẽte integritate z pudicicia. Unde Ezech.xliij. Dñs dei⁹ isrl ingressus est p eã.in ĩ carnatõe sua in eius vterũ.et ĩ sua natiuitate in mundũ.z semp pmãsit clausa ꝓncipi.i.ad honorẽ ꝓncipis. Sequit. Spes mea. supple tu es Lab vberib⁹ matris mee.i.fm hũanitatem q̃ suxi vbera.quia fm deitatẽ nõ est pater spes filij. Sequitur de immunitate a peccato. In te iectus sũ. vel iactatus.vl ꝯfirmat⁹ Ex vtero. Nos enĩ ꝓpcimur in irã in vtero z ex vtero.qz omnes nascimur filij ire. Christus ꝯfirmat⁹ ẽ in deũ ex vtero.qz sine peccato conceptus portatus et natus.vt supra dictum est. Gene.ij. V V

De partu virgineo Titul⁹ xiiij.

A Domat. Antecz parturiret pepit.antecz veniret part⁹ eius pepit masculũ. qs audiuit vncz tale.aut qs vidit huic simile. Et sunt hic q̃ttuor notabilia. videlicz. Que pepit. Quõ pepit. Quem peperit. Qualem pepit. Que pepit innuit cum dicit. pepit. Innuit enim q; aliq̃ pepit. Admirabile ꝟo nomen ei⁹ q̃si ineffabile tacuit.qõ est virgo mater. Modũ notauit cũ ait. Antecz parturiret. Quem pepit innuit vbi dicit pepit. Cui⁹ nomẽ q̃si ineffabile tacet.qõ est de⁹ homo. ꝟbz infans. Qualem pepit vbi ait masculũ. Propter hec q̃ttuor dicit q; nuncz audiũ fuerit tale.vt virgo mater.de⁹ hõ.verbũ infans. Sed tale decuit esse nr̃e redemptõnis initiũ. Intrauit enĩ nostra pditio p mulierẽ de solo viro pductã. Propter hoc decuit vt esset nostra redẽptio et repatio p virũ de sola muliere pductũ .vt essz simile in ꝯtrario. Talẽ modũ repatõis petebat eccliastic⁹.xxxvi.dicẽs dño. Innoua signa z immuta mirabilia. Mirabile fuit q; dñs de solo adã ꝓmo hoie mulierẽ pduxit.mutatũ fuit mirabile cũ de sola muliere secũdus adã pduct⁹ est. Dec ẽ q; A

ta generatio de qua dictū est abrahe Gen̄.xv.q̄ semē ei⁹ q̄rta generatōe de seruitute egiptiorū liberatū extiret. Primū generatōis genus fuit plasmatio .quādo adaz de terra plasmat⁹ ē. Scōm de costa formatio. Terciū ꝓpagatio. sic enī filij hominū de parēt⁹ fm ꝓpagationē nascunt. Quartū vero genus est de sola mliere ꝓpagatio. Ꝫ hec q̄rta generatio data humano generi. semini abrahe causa extitit exeundi de egiptiaca fuitute q̄si a diaboli tirannide.

B Hoc nomē virgo mater nō solū figuraliter. sz ꝛ lr̄aliter exp̄sit Isa .vij. cū dixit. Ecce virgo ꝯcipiet Hic exp̄mit virgo. Et virgo pariet filiū Hic exp̄mit mater. Sed dicit Jouinian⁹ hereticꝰ. In maria nomē matris suscipio. sed nomē virginis nō admitto. Et cū ei ꝑdicta dicunt. dicit se vetus testamentū nō suscipe. Ꝫ nō solū hoc nomē a veteri testamēto elicit .imo etiā tanq̄ ꝑ euangelistā innouatū ab euāgelio fulcitur. Matth. i. in fine. Ecce virgo in vtero habebit et pariet filiū ꝛc̄. Item Luce. i. Missus est angel⁹ gabriel ad virginē ꝛc̄. Itē Matth. i. Cū essz desp̄sata mr̄ iesu maria ioseph .añq̄ cōuenirēt inuēta ē in vtero habēs de spūsctō Argue g̃ sic Ad ꝟginē missus ē angel⁹ Lu. i. Añq̄ ꝯuēirēt inuēta ē ī vtero habēs ꝺ spūsancto. ergo nō de adulterio. ergo nō fuit violata ei⁹ virginitas. neq̄ ꝑ sponsū neq̄ ꝑ adulterū. Ergo cū iam ꝯcepisset sic erat virgo. sic ad virginē missus est gabriel. Sic ergo ex veteri ꝛ nouo testamēt̄ colligit̄ h̄ nomē virgo mater. Qꝺ admirans Isa. dicit. Quis audiuit vnq̄ tale?

L Secundū mirabile. q̃liter pepit. Unde dicit Anteq̄ parturiret pepit. ꝓparturire ē ante partū ꝛ in partu laborare. Quid est g̃ Anteq̄ parturiret pepit nisi q̄ nō ꝑcedente vel cōcomitāte dolore partū edidit. Sed quis audiuit vnq̄ tale? Lex enim data est mulieribꝫ Gen̄.iij. In dolore paries filios. Et Joh.xvi. Mlier cū parit tristiciā habet. Lex igit̄ nature est q̄ mlier ꝓmo parturiat anteq̄ pariat. Ꝫ maria nō fuit subdita huic legi. q̄ sine dolore. i. sine naturaliū lesiōe pepit saluatorez. Sed in eius passiōe quē diu añ pepererat. parturijt. Tūc enī in ipa fuerūt dolores vt parturiēt̄. Unde ps. xlvij. Ibi i. in filij passiōe. Dolores vt parturiēt̄ Tunc enim in ea impletū ē qꝺ ei ꝑdixerat symeon Lu. ij. Et tuā ipi⁹ animā ptrāsibit gladi⁹. Nō enī min⁹ si fas est dicere coꝛ matr̄ q̄ coꝛpus filij ptrāsiuit gladius passiōis. trāsiuit enī mēbra filij. sed ptrāsiuit. i. pfecte trāsiuit mr̄is viscera .q̄ tūc fuit oīs plaga tristicia coꝛdis ei⁹. Eccī. xxv. Qꝺ postea ostensū ē btō iohi Apoc. xij. vbi ait. Signū magnū apparuit in celo ꝛc̄ Ipsq̄ clamat parturiēs .ꝛ cruciatur vt pariat. Signū magnū Virgo mater. nec ante nec post sile visū est. nec ī celo nec in terra. Totū hoc inuenies exp̄sitū. li. xij. ptic'a. vij. in illo sermōe de assumptōe. Signū magnū apparuit in celo ꝛc̄. Clamat parturiēs ꝛ cruciat vt pariat. Istud ad lr̄am de maria nō ꝑt intelligi. tūc sic exponūt q̃dā de ea .q̄ que iā diu sine dolore pepererat. dū fili⁹ eius in cruce penderet parturiēs clamabat. ꝛ si nō voce tñ desiderio vel deuotōe. Aug⁹. In auribꝫ dei voces faciunt nō ꝟba sz desideria. Et tūc cruciabat vt pareret. i. tanq̄ si pareret. Tant⁹ enī vel maior credit tūc fuisse cruciatus mentz eius. quātus mulieris parturientis cruciat⁹ coꝛpoꝛe⁹. Ecce quomodo peperit et parturijt.

Aug⁹.

D Nota q̄ beata virgo in vtero habuit ꝑ fidem. quia simul vt credidit ꝛ cōsensit ꝯcepit Et clamabat ꝺesiderio ꝺuotōis parturiēs ex affectu cogitatōis. q̄ ñ pl⁹ dolorz ī/rulit ei partus suus .q̄ alij cogitatio pariēdi. Ul' habens in vtero filiū quē sine dolore peperit in natiuitate clamauit interius in coꝛde martyrizata in filij passione. parturiēs quādo ipm vidit pēdentē in cruce ꝛ cruciat abstinētijs .vigilijs. oratōibus. ieiunijs. Vt pariat. i. tāto partu se dignam faciat. Et tamē sicut paulo infra dicit. ante eam stetit diabolus volēs filiū deu oꝛare. quia etiā ꝑ herodē voluit christum interficere.

Frater .D.

L Terciū mirabile. quez peperit. scz deū hominē. Et hoc necessitati hūani generz ꝯgruebat. Pacem enim inter deū et hominē purus hō reformare nō potuit. q̄ in eadez damnatōne cū reo erat. Ideo ꝯquerebat Job capitulo .ix. in ꝑsona generz hūani dicēs. Nō ē q̄ vtrūq̄ possit arguere. ꝛ ponere manū suā in amboꝫ. Grego. Sol⁹

Grego.

christus de⁹ hō factus.et hoiem arguere potuit.ꝛ deo obsistere ne feriret. Uides ergo q̄s ꝓgruū vocabulū redēptoris deus homo. Et ꝑ longe ante ꝓphetatū erat Dixerat enī Isa.liij.Redēptor tuus fortis israel.de⁹ oīs terre vocabit. Item Isa. xxxiij. Dñs rex noster.dñs iudex nr̄.dñs legifer nr̄.ipe veniet ꝛ saluabit nos. Hō. Uñ. Hō natus est in ea ꝛc. Itē. Hō ē et quis cognoscet eū? Diere.xvij.fm aliā lfaz.

F Tria in incarnatōe facta sunt mirabilia. De⁹ hō. Uerbū infans. Et coꝛ credēs. Uerbum.q̄ in p̄ncipio erat apud deū. Joh.i. Uerbū. quo dixit pater.ꝛ facta sunt oīa Uerbū.q̄ intonāte in iudicio audiēt pulueres ꝛ in coꝛpa reuerrent. Uerbū.q̄ ī passione lapides scissi sunt.ꝛ monumēta apta. Sed dicet q̄s. Quomodo si ꝟbū est infans ē: Si enī infans.nō fat. Si nō fatur.ꝟbū nō est. Quō g̃ ꝛ ꝟbū est ꝛ ꝟbū nō ē: Ideo cū Isaia dicam⁹. Quis audiuit vnq̄ tale: Audisti ꝟbū.audi infantē Lu.ij. dictū est pastoribꝫ. Inuenietis infantē ꝛc. Isa.viij. Antecq̄ puer sciat vocare patrē ꝛ matrē auferet fortitudo damachi. Intrāte enī ꝑ infante egiptū.coꝛruerūt simulacra egipti.sicut p̄dixerat Isa.xix. Ubi ablata ē fortitudo damachi.i.diaboli lingētis sanguinē.i.q̄ delectat in peccatis. Cuius virtus ita debilitata est.vt nō potuit facere q̄ starent idola sua.

G Quartū mirabile.s.q̄lē peperit.qꝛ masculū.i.bellatoꝛē ꝛ generatoꝛē. Bellatoꝛē ꝺcuit.quia tūc fortis armat⁹ custodiebat atriū suū.i.mundū.et erat in pace possessio ei⁹. id ē genus hūanū Lu.xi. Sed pugnāte ꝛ ꝓgrediēte dño ꝟ diabolū in passiōe.p̄nceps mūdi hui⁹ ciectus ē foras. Joh.xij. Et tūc impletū ē illud Isa.xix. Clamabūt ad dñm a facie tribulātis.ꝛ mittet eis saluatoꝛē ꝛ ꝓpugnatoꝛē q̄ liberet eos.

D Generatoꝛē etiā ipm esse optuit.qꝛ p̄mi pentes nr̄i nos oēs filios ire genuerāt. Eph. ij. Omnes nascimur filij ire. Ut ergo possemus heredes dei et coheredes christi fieri.ad Roñ.viij.regenerari nos oportebat. Alioq̄n nō eram⁹ ītraturi in hereditatem sempiternā.nisi p lauacrū regeneratōis ꝛ renouatōis spūssancti. Ad Thi. iij. Joh.iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spūsancto.nō p̄t intrare in regnū dei. Isa.lxvi. Si ego q̄ cunctis generationē tribuo sterilis ero dicit dñs deus: Ecce apparet qualē virgo genuit.

Quomodo ꝛcuperatuꝛ ē p partū matre.q̄ cq̄d p̄ditū fuerat p peccatū matꝛis ꝑmeruit.

J Perdidit p̄im⁹ hō ex culpa sue p̄uaricatōis.gloriam incoꝛruptōis.prerogatiuam dignitatis.abundantiā plenitudinis. Gloriā incoꝛruptōis.qua immortalis factus est. Prerogatiuā dignitatis.qua ad dei similitudinē factus est. Abundantiā plenitudinis.qua in loco voluptatis positus est. Denudatōem immortalitatis audis.vbi de ligno vetito legis. Quacūq̄ die comederis ex eo.morte moreris. Honoꝛis degradatio dignitatisq̄ detractio fuit.vbi ō illa sublimitate silitudinis dei recidit in similitudinē iumēti. Homo inquit cū in honoꝛe esset nō intellexit.cōparatus est iumētis insipiētibꝫ.ꝛ similis factus est illis. Euacuat⁹ est autē abundātia plenitudinis.quādo ciectus de loco voluptatis.incurrit in illā sentētiā maledictōis. Maledicta terra in ope tuo. In laboꝛibꝫ comedes ex ea cūctis diebꝫ vite tue. Spinas ꝛ tribulos germinabit tibi.ꝛ comedes herbas terre. In sudoꝛe vultus tui vesceris pane tuo. Ecce triplex damnū in expoliatōne incoꝛruptibilitatis .dignitatis.beatitudinis. Sed misericoꝛs et miseratoꝛ dominus fm diuitias bonitatis sue noluit tenere in ira sua misericoꝛdias suas. sed tā pius inuentus est ad subueniendū q̄s ꝓnus inuētus est diabol⁹ ad perdendū. Quia apud dñm misericoꝛdia.et copiosa apud eū redemptio. Copiosa autē redemptio nō esset.nisi redemptoꝛ noster deiectum hominē ad plenū restauraret. Scōm itaq̄ triplex damnum ex miseratoꝛis sui munere accipit triplex p̄missum. Promissum recuperāde immortalitatis .Promissum recuperāde dignitatis. Promissum recuperande beatitudinis. Uiuēt mortui tui.interfectiq̄ mei resurgent. Ecce reꝛpromissio sperande immortalitatis. Dabo eis in domo mea et in muris meis locum.ꝛ nomen melius a filijs et filiabꝫ. Ecce recuperāde dignitatis. Oculꝰ non vidit absq̄ te deus que p̄parasti diligentibꝰ te. Isaie. lxiij. Ecce reꝛpromissio restaurande felicitatis. Ecce vt dictum est triplex promissum.fm triplex damnum. Ecce nunc iterum secundum p̄missum triplex.accipe et animaduerte in his triplex signum.

¶ Ecce virgo ꝯcipiet et pariet filiū. ¶ Ecce primū. ¶ Et vocabit nomē ei⁹ emanuel ¶ Ecce scōm ¶ Butyrū ⁊ mel ꝯmedet vt sciat reꝓbare malū ⁊ dīgere bonū. ¶ Ecce terciū. Habes igit vnū signū in matre. duo in p'le. Signū incoꝛruptōis in matre. signū recupande dignitatis ⁊ plenitudinis in ꝓle.

Audi de matre. Ecce ꝟgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū. Quātū hoc esse putas? Quā magnū? Quā mirū? Quā insolitū? Quā stupendū? Quale vl' q̄ magne rei signū? A seculo nō est auditū virginē cōcepisse. virginē parere. et post partū inuiolatā ꝑmanere. Ac cipit ergo natura hūana in btā ꝟgine maria quasdā arras vel primitias fu ture in coꝛruptibilitatis sue. integritatē icoꝛruptōis ꝟginee. Quare q̄so in hac vita sine coꝛ ruptōe nō viuit. nisi qz natura hūana sine coꝛruptōe nō seminat. Radix enī nostre coꝛruptibilitatis germinare incipit ab ipa hoꝛa conceptōis. Sed ecce in btā ma ria ibi p̄cidit vnde germinasse videbat. Et scim⁹ q̄dem q̄niā cū radix p̄cidit. tota ex ea fructificatio postmodū exiccat. ¶ Ecce hinc ¶ virgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū. ¶ In eo sane qđ dicit virgo ꝯceptura ⁊ ꝟgo paritura. apte mōstrat q̄ vtraq; futura erat mūda. et caro generās ⁊ caro generata. Potuit g̃ solus hui⁹ puerpe fili⁹ ꝑ hac ꝓte cantare canticū nouū dño. Sine iniq̄tatib⁹ ꝯceptus sū. ⁊ sine pcō ꝯcepit me ma ter mea. Manifestū ē itaq; quia ad destructōez peccati venit. q̄ in ipo mūdi īgres su maculā peccati de materna carne nō ꝓtraxit sed deleuit. Si g̃ tantū sola ei⁹ cō ceptio valuit. vt cōcupiscentie fomitē totiusq; coꝛruptōis radicē deleret. q̄d que so in expiatōe. coꝛpis sui valere potuit natiuitas. circūcisio. baptism⁹. ꝙuersatio. humilitas. ieiunia. patiētia. obediētia. passio. crucifixio? Si tantū valuit qđ ge stū est vna hoꝛa. vel vni⁹ poti⁹ hoꝛe poꝛtiūcl'a. q̄d valere potuerūt tot annoꝛ tpa i ministeriū nr̄e redemptōis impēsa? Qui potuit sub ꝯceptōis sue tpe et infusiōe g̃ tie sue materna viscera purgare. cur nō credat eos q̄ eiusdem gr̃e ꝑticipes esse volu erūt q̄ et quō voluerit posse mūdare? Cur nō credat in quolibet nostrū naturam illā mūdare posse. quā in beata virgine potuit nō solū purgare sed honoꝛare ⁊ gl'i ficare. In eo enim eam gl'ificauit. q̄ ei aliq̄d supꝛa naturam dedit. Fecit siq̄dem in ea aliq̄d quod fuit ꝯtra naturā. aliq̄d qđ fuit ℈m naturā. aliq̄d qđ fuit supꝫ natu rā. Contra naturā infirmitatis nr̄e fuit. q̄ virgo ꝯcepit. Cōm naturā fuit. q̄ in vulua ꝯceptus et formatus. ⁊ tandē ℈m legitima nascendi tpa natus fuit. Supꝫ naturā nō solū hui⁹ infirmitat; nr̄e. sed eriā supꝫ naturā condītōis ꝑme fuit. q̄ sine virili semīe ꝟgo ꝯcepit. Puritat; fuit. q̄ sine ꝯcupiscētia semīare potuit. Honoꝛ; q̄ plē ab omni peccati ꝓtagio mūdā effudit. Hlie. q̄ nō de viro sed de spūsctō con cepit. ¶ Certe si emanuel noster de vtroq; sexu nasci voluiss;. ⁊ hoc ratio exigeret. vtriq; ad mūdam plem seminandā mūdare potuisset. Sed si de vtroq; carnē assu meret. vtiq; ⁊ a ꝑpetatis sue similitudine longi⁹ recederet. ⁊ ad nostrā min⁹ appꝛo pinquaret. Proꝓietati enī sue esset dissimile. si patrē ⁊ matrē haberet in hūanita te. q̄ solūmodo patrē habebat in diuinitate. In ß item ⁊ nobis dissimilioꝛ ess; si duos qđ nos nō possum⁹ patres haberet. Sed ⁊ ratio sane exigebat. vt sic vnum ꝑncipiū erat in generis nostri ꝑpagatōe. sic esset et vnū ꝑncipiū in gener; nr̄i repa tione. Oportuit ergo repatoꝛē gener; nostri. aut ō solo viro. aut ō sola femina na sci. Sed si de viro sexū femineū assūmeret. oꝛdinē nature cōfunderet. q̄ femineum sexum supꝫ virilē extolleret. ⁊ idem ipe diceret fili⁹ ex diuinitate. ⁊ filia ex hūanita te. Sed si virilis esset sexus quē assumeret. haberet sane vir geminū ꝑ hac ꝓte ho noris solaciū. femina nullū. Et certe si de viro formari voluisset. materiā q̄dem de carnis nostre substātia traheret. sed in eius incarnatōe nature opatio nihil habe ret. ⁊ in ß a nature nostre ꝑpetate longi⁹ discederet. O quantū honoris vl' digni tatis mulierib⁹ vel ex mulieribus natis in eo contulit. q̄ creatoꝛ omniū. q̄ salua toꝛ homniū. nascentiū moꝛe ex muliere nasci voluit? Ex mliere itaq; debuit nasci. quem oportuit inquantū ratio sustinuit per omnia fratrib⁹ assimilari. Sed q̄ mu liebrem de muliebri sexu assumere nō debuit. ratio superi⁹ mōstrata ostendit. Hā ⁊ oꝛdinē vt dictū est nature ꝯfunderet. ⁊ geminato i ß mulierū solatio. virilis sex⁹ singularis priuilegij nihil simile haberet.

¶ Incipit tractat⁹ de triby theologicis virtutiby marie. Et primo de fide marie.

Titulus xv.

Origen. Beatus matthe⁹

Hugo ō s.victore

Fides marie notat Luc.i. vbi dicit ei elizabeth. Beata q̄ credidisti. qm̄ pficient ꝛc. Cum enī paulo post dixisset maria. Ecce enī et ꝑ brām me dicent oēs generatōes. ostēdit ꝛ angeli implēdā ꝓmissionē. ꝛ suā se nō trālgressuraz ꝓfessionē. Que enī virgitatē vouerat. ꝛ paritura se docēte angelo nouerat. mirabili fide ꝛ votū suū implēdū credidit. ꝛ diuīe ordiatōi se nō subduxit. Maxima autē magnanimitas fidei fuit. q̄ in se posse fieri et credidit ꝛ sperauit q̄ nūq̄ auditū fuerat nec ī celo nec in terra. ¶ Itē Origenes. Per fidē marie erigit iacentiū genus. q̄ ꝑ mlieris temerariā credulitatē fuerat añ deiectū. Itez btūs matthe⁹ ī legēda sua. In ꝯceptōe filij dei. fides marie vtor extitit spūssancti. ¶ Itē Maria credula ꝟbis angeli fide ꝯcepit saluatorē. ꝛ ideo ꝑ aurē dicit ꝯcepisse. Unī ꝛ dicit ei elizabeth Lu.i. Beata q̄ credidisti. qm̄ pficient ꝛc. In ꝯceptōe enī filij misit Ldilect⁹ ei⁹ J.i. deus pr Lmanū suā J.i. filiū in ea Lp foramē Jauris sue. Lāti. v. Dgr hugo ō sancto victore. Virgo credula ꝟbū ꝯcepit p ꝟbū. vt immaculatā ꝯceptōez generatio incorrupta seq̄ret. ¶ Itē fides marie ꝯpat grano sinapis. qō est gnū būile. fer/uens. ꝛ humorē capitis tollēs. Et fides marie adiūcta hūilitati. vñ. ecce ancilla dñi. fiat mihi. ꝛc. feruēs ꝑ dilectōem spūssctī de q̄ ꝯcipiebat. ꝛ filij dei quē ꝯcipiebat. humorē capitis tulit. sicut enī caput initiū est rei. sic ꝯceptio animati. ꝛ ꝑ qñ credidit angelo dicēti. Spūssctūs supueniet ī te ꝛc. ¶ Itē si abrahā intantū ꝯmēdat ab apostolo ad Roma. iiij. de eo q Lotra spem Jnature Lin spem Jgtie Lcredidit J.s. q̄ senex posset de sara sene ꝛ sterili filiū generare. q̄nto magis ꝯmēdāda est maria. q̄ primo ꝟbo angeli credidit q̄ filiū posset generare sine semīe viri. et parere manēs ꝟgo ñ solū hominē sed filiū dei. Fides etiā marie q̄ est radix ei⁹ manifestata ē p totū mū dū. Unī ipa ꝟe ꝑt dicere illud Job. xxix. L Radix mea J.i. fides qua angelo credidi Lapta est sec⁹ aqs J.i. vbiq̄ manifestata. Aque populi. Apoca. xvij. Elq̄ trāscuntes sancti sunt. q̄ nō habēt hic manētē ciuitatē. ad heb. xiij. sz futurā inq̄rūt.

De spe marie Titulus xvi.

Spes marie notat in respōsiōe sua ad angelū. vbi dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi. Nisi enī ꝛaciter credidisz. firmiter sperasz. feruēter desiderasset posse fieri ꝛ futurum esse qō angel⁹ ꝓmittebat. nequaq̄ respōdisset. fiat mihi. Ideo visa est dixisse dño. In ꝟbo tuo speraui. sz qō ꝑ angelū mādaueras mihi.

De charitate marie Titulus xvij.

Dilexit maria dñm sicut oēs scꝑture canonice ipm̄ ꝓdicāt diligendū. ꝛ charitas eius charitat⁹ oim sctōrū forma ē ꝛ exēplar. Et ideo tam de charitate eius. q̄ de charitate sanctorū quasi cōiūctim annotauim⁹. vt ex forma charitatis eius resplendeat quomodo fideles anime ipam in charitate saltē a longe deberent imitari. ¶ Et nota q̄ dilectio dicit quasi duos ligans. diligētē videlicz rei quam diligit. id ē amantē amato. Est enim amor amantis et amati quasi quedam vnio potissimū in bonis. ꝛ naturaliter illud quod amat in sui naturā suū cōuertit amatorē. Et hoc patet in saluatore. quē dilectio quā habuit ad gen⁹ hūanum fecit colligare ꝛ vnire sibi naturā hūanā. qñ verbū caro factū est.

Maria dilexit dominū

Dilexit maria dominū

L Et toto corde J Quia cor illi⁹ ad vllius rei dilectōem nō fuit inclinatū amplius q̄ dei. nec delectata est in aliqua specie mūdi ampli⁹ q̄ in deo. omne bonū sibi existimans esse in deo. vt ꝑ his omnib⁹ diligeret solū deum.

L Et tota aīa J Quia certissimū habuit animū in veritate. ꝛ firma fuit in fide. Unī et dictū est ei Luce. i. Beata que credidisti ꝛc. Et istud etiā apparuit tpe dñice passionis. Et nota q̄ aliud ē amor cordis. aliud amor aīe. Amor cordis qōāmodo carnalis est. vt etiā carnaliter deū amemus. sed ꝑ nō potest fieri nisi pri⁹ recesserimus ab amore oīs mūdialis rei. Amor ḡ cordis nō intelligit. sed sentitur in corde. quia quodāmodo carnalis est. Amor aūt aīe non sentit in corde. sed intelligit. q̄ amor anime iudiciū est.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ex tota mente Quia oēs sensus illi⁹ deo vacabāt. Eius intellect⁹ deo mīstrabat Eius sapiētia circa deū ꝑsabat. Et⁹ cogitatō q̄ dei sunt ptractabat. Et⁹ memoria ea sola q̄ bona sunt recordabat. vt diceret cū apl'o. i. ad Ebor. xiij. Psallā spiritu. psallam ⁊ mente. Sic exponit chrisostom⁹.

Chriso.

Aliter. Sapiētia sedem habet ī corde. Unde pabo. ij. Si ītrauerit sapia cor tuum ⁊c. Anima ꝑ volūtate ponit. Unde Job. xij. Qui odit aīam suā ⁊c. i. ꝑpam volūtatem. Dilexit ḡ deū trinitatē Ex toto corde. i. ex toto eo qđ est scire q̄ ad filiū. Ex tota aīa. i. ex toto eo qđ est velle q̄ ad spiritū sanctū. Ex tota ꝑture. i. ex toto eo qđ ē posse q̄ ad patrē. vt hec tria q̄ necessaria sunt in oīni bono ope explēdo. s. scire. velle. et posse. q̄si responderēt trinitati. D

Aliter. Dilexit maria Dōm deū suū. Dilexit Dōm. cui debeb̄ timor ⁊ seruitiū. ipm ea ste ⁊ filialiter timēs. ⁊ ei ex puro amore seruiēs. Dilexit Deum. fide ꝑ dilectōez operāte ī eū credēs. Dilexit Suū Deum ex amore sollicite custodiēs. q⁊ familiare ē cuilibet quod suū est sollicite custodire. E

Itē Dilexit Ex toto corde. oēs cogitatōnes cordis ī deū dirigēs. vl' ad deū referēs. Ex tota aīa. oēs affectōes aīe ad deū retorq̄ns. Ex tota mēte. oēm rōez būanaz q̄ intelligebat ⁊ discernebat in reb⁹ diuīs occupās. Ex tota virtute. in his iugiter pseuerās. Et ita nihil remānsit ī ea qđ ñ subīceret dilectōi diuīe. Sic expōit isidor⁹. F

Isidor⁹

Itē dilexit Ex corde. q⁊ de⁹ iterp̄tat videēs. cui oē cor patet. Unde. i. Regū. xvi. Hō videt ea q̄ parēt. de⁹ aut̄ intuet cor. Dilexit Ex toto corde. q⁊ dñs. Quicq̄d enī habet seruus. dñi sui est. Et ꝓ q̄ ad q̄ttuor affectiōes q̄ sunt. Amor. Nihil enī dilexit ꝓter eū. Timor. Nihil enī timuit ꝓter eū. aut nisi ꝓpter eū. Dolor. Nihil enī doluit nisi ei⁹ amissiōem. aut cor⁊ q̄ ex ipo. Unde dixit ei Lu. ij. Fili q̄d fecisti nobis sic, ego ⁊ pater tuus dolētes q̄rebam⁹ te. Gaudiū. Non enim gauisa est nisi de ipo et ipius recupatōe. aut de his que ad ip̄m nouerat ptinere. G

Itē dilexit Ex toto corde. i. ex toto intellectu. nullū in ꝓfessiōe diuitatis errori locū relinq̄ns. Ex tota aīa. i. volūtate. nihil ei cōtrariū volēs. Ex tota mēte. i. memoria. nihil q̄ de eo min⁹ sentiret remiscēs. Et iste triplex mod⁹ diligēdi rñdebat triby ꝓceptis ꝑme tabule que ptinēt ad dilectōem dei. Primū. Audi isrl'. dñs de⁹ tuus de⁹ vn⁹ ē. Bar. xij. Unde rñdet mod⁹ diligēdi ex tota memoria sine obliuione. vt cogites vnū deū esse patrē ⁊ filiū ⁊ spñsanctū. Secūm. Nō assumes nomē dei tui in vanū. Unde rñdet mod⁹ diligēdi ex toto intellectu sine errore. vt nomen christianū nō accipiat in vanū. vt puteb̄ esse fact⁹ ꝑ quē oīa facta sūt. Tercīū. Memento vt die sabbati sanctifices. Unde respōdet mod⁹ diligēdi ex tota volūtate sine ctradictōe. vt sabbatizes ab ope seruili. q⁊ de⁹ ꝓcepit. H

Et notandū q⁹ moyses Deutero. vi. et Matth. xxij. nō ponūt nisi tria ī modo dilectionis dei. Sed forte Lucas. x. attēdit q̄ttuor rōes ꝓpter q̄s diligēd⁹ ē deus. et propter q̄mlibet sup̄ oīa. et ꝓpter ꝝ posuit q̄ttuor. Pria. q⁊ ē creator ad esse. Secūda. q⁊ ꝑseruator ī esse. Tercia. q⁊ creator ī bñ esse. Quarta. q⁊ gl'ificator ī optīo esse. Vl' q̄ttuor ad tria reducunt. vt illud mēbrū Ex totis viribꝫ. referat ad q̄libz aliorum triū q̄si modus. vt sit sensus. Diliges dñm deū tuū Ex totis viribꝫ totius cordis. Et ex totis viribꝫ toti⁹ aīe. Et ex totis viribꝫ toti⁹ mentis. Ex toto corde. quia domin⁹. Ex tota anima. q⁊ deus. Ex tota mente. q⁊ tuus. I

Aliter Ex toto corde. i. intellectu. vt oīs intellectus tu⁹ subditus sit intellectui dei. Ex tota anima. i. tota volūtate. vt oīs voluntas tua subdita sit volūtati diuine. Ex tota mente. i. tota memoria. Quod aut̄ sequit Ex totis viribꝫ intelli ge vt supra. ¶ Aug⁹. Ex toto corde. i. toto intellectu sine errore. Ex tota aīa. i. tota volūtate sine ꝓtrarietate. Ibi enī volūtas se totā colligit. vbi ei nihil est cōtrariū. Ex tota mente. i. memoria sine difficultate ⁊ sine obliuiōe. Hec nō ꝑfit ꝑfecti in via. ¶ Gregor⁹ sic. Ex toto corde. ex tota aīa. ex tota mēte. i. sup oīa. ⁊ est inculcatio vbor̄ q̄ signat excellētiā amor⁹. ¶ Magister hugo d̄ scō victore sic. Ex toto corde. i. deuotōe. quo ad ꝑfessores. Ex tota aīa. i. discretōe. q̄ ad cōfessores. Ex tota mēte. i. pseuerātia. quo ad martyres. K

Aug⁹.

Gregor. Magr hugo d̄ scō victore.

Bern. Item bt̃us bern. Diligelex toto corde .i. sapiẽter. Lex tota aĩa .i. dulciter Lex tota ↄtu/te .i. fortiter Lex tota mẽte .i. memoriter. Sic etenī dilexit maria sapiẽter ↄ ↄcupiscentiã oc̃lox. Qui enī diligit tpalia ei⁹ intellect⁹ auertit ab eternis. Dulciter./cōtra ↄcupiscẽtiã carnis. Qui enī dulciter deū amat./omnē carnalē dulcedinem vene nū sicut vere est reputat. ⁊ q̃cq̃d sepat a deo./felle aman⁹ iudicat. dicẽs de amatoribꝫ voluptatū. Fel draconū vinū eox. Dicit etiã q̃ dulciter amat. Quã mag̃ multitudo dulcedis tue dñe ⁊c̃. Fortiter./ↄ timorē mundanū ⁊ humanū. Nihil timẽs eos q̃ tpalia tollunt vl̃ corpus occidũt. Memoriter./ↄ superbiã vite. q̃ enim diligit memoriter. dei iusticiã recolit incessanter. q̃ ↄ vna cogitatōne superbie ꝑmū detrusit angelū in ignē gehēne. Unī. .ij. Petri. .ij. Si deus angel' peccantibꝫ ⁊c̃. Sic diligebat iob dicens. .xxxi. Semp q̃si tumẽtes sup me fluct⁹ timui deū. ⁊ pondus ei⁹ ferre non potui.

Maria dilexit

Fortiter patrē./cui attribuit potentia. ⁊ ℔ ex vi irascibili. implens illꝫ Ecc̃i. vij. In omni virtute tua dilige eum q̃ te fecit ⁊c̃.

Sapienter filiū./cui sapientia. ex vi rationali.

Maria dilexit

Dulciter spiritūsanctū. q̃ dulcedo est patris ⁊ filij. ex vi cōcupiscibili. Unde ⁊ de spiritusctō dicit ↄcepisse. Sicut autē vna est substātia in tribꝫ ꝓsonis. sic singularis et vnica fuit marie dilectio in tribꝫ ꝓprietatibꝫ supradictis.

Memoriter humanitatē filij. cui dicit Isa. .xlix. Nunq̃d obliuisci ꝑt mlier infantē suū vt nō miserear filio vteri sui. ⁊ si illa oblita fuerit. ego tñ nō obliuiscar tui.

Hec autē memoria q̃ ad nos referenda est ad christū nascentē. patientē. iudicantē. et elidit triplicem cōcupiscentiã.

Memoria nascēt⁹ ↄcupiscẽtiã oculox./qñ panniculis involut⁹ iacuit in ꝓsepio.

Memoria patientis cōcupiscentiã carnis que appetit delectabilia./qñ flagellat⁹ et confixus pependit in patibulo.

Memoria iudicantis superbiam vite./quãdo deus franget omne superbū.

Item dilexit maria sapiẽter. q̃ vnctio q̃ plena erat docebat eã de omnibꝫ. i. canonica Joh. .ij. Plena enī erat duplici vnctōe. i. christo q̃ interp̃tatur vnctus. ⁊ gr̃a spūsctī. Et nota q̃ dicit q̃ hec vnctio docet de omnibꝫ. que sunt simpliciter. vt spūalia et celestia. non q̃ sunt fm quid./vt tpalia ⁊ voluptates.

Dilexit sapienter

Id est .discrete. quia rationabile fuit obsequiū ei⁹. Sciebat enī ꝑgo prudẽs q̃ honor regꝫ iudiciū diligit. i. discretōz. ⁊ q̃ q̃cq̃d offert sacrificij. sale ē ↄdiẽdū. Leui. .ij.

Item Discrete vt supꝛ. Ipa siq̃dem fuit vas nouū. in q̃ missum est sal in incarnatōe vnigeniti dei. ⁊ in sale sapiẽtia vl̃ discretio designat. .iij. Regū. .ij.

Dilexit sapiẽter

Itē. Discrete./bona familiaria q̃ ei dñs faciebat fatue nō ostendẽs. sed sapiẽter abscondens. Erat enī mlier sensata ⁊ tacita. Eccl̃i. .xxvi. cōseruãs et conferẽs i corde suo q̃cq̃d de filio dicebatur. Sciebat enī q̃ q̃ denudat archana amici. i. christi. ꝑdit fidem. Eccl̃i. .xxvij.

Bern. Bregor.

Item Discrete./bona specialia q̃ ꝑ dño faciebat ī absc̃dito faciẽs. Unī clausa ī thalamo inuẽta est ab angelo clauso sup se ostio patrē suū exorãs. sicut dicit bt̃us ber̃. Bregorius. Sufficit iustis ab illo videri./a q̃ expectãt remunerari. Ipa etiã docet nos ℔ modo diligere. Unī filiū natū statim occultauit sub velamīe pānox./docẽs nos occultare partū boni opis nr̃i. Ideo etiã moyses tribꝫ mẽsibꝫ occultabatur. Exo. .ij. Densis ōz a mente q̃ ō est defectus. In nobis enī triplex est defect⁹. cordis./oris. opis. Ideo q̃nto min⁹ boni lucramur./tãto magis necesse habem⁹ illꝫ occultare et sollicite ↄseruare. exemplo paupis mercatoris. q̃ quo min⁹ habet catalli sollicitius negociat.

Aug⁹.

Item Discrete./ꝑ omni obsequo quod dño faciebat ipm solū in ꝑmiū petẽs. nō laudem hūanā aut aliq̃d hmōi. q̃si diceret illud ad Phil'. iij. Omnia reputaui vt ster/cora vt christū lucrifaciã. Aug⁹. Hoc fine ⁊ ℔ studio colend⁹ ē de⁹. vt sui cult⁹ ipe sit merces. Hã q̃ colit deū vt aliꝫ mereat. tã deū nō colit sz illꝫ qꝫ assequ ↄcupiscit.

Id est sollicite/ ne deum offenderet verbo vel facto. nutu aut signo. cogitatu aut desiderio. vel hmõi. recolens illud michee. vi. Sollicit⁹ ambula cum deo tuo.

Dilexit dulciter R

Quia dulcedo generabat in ea ex triplici recordatõe. misericordie. gr̃e et glie. Misericordie/ q̃ deus in sanctificatõe ei⁹ remiserat originale peccatũ. Gr̃e/ q̃ ip̃am impleuerat ad oẽz ỹtutẽ et omne op⁹ bonũ. Glie. q̃ sperabat se remunerãdã sup̃ meritũ.

Dilexit dulciter — Quia amaritudines p̃sentis seculi dulces reputabat. z inundatões maris q̃si lac sugebat p amore vnigeniti sui.

Quia quodãmodo dulcis visa est ei angustia passiõis vnigeniti sui. licet ei mẽte cõpassa sit. ob desideriũ ỹtutis z salutis generis hũani. Unde Dulce lignũ dulces clauos. nõ solũ christo patiẽti/ sed z matri ꝑpatiẽti. q̃ p amaritudinẽ tormẽti sciebãt genus hũanũ rediturũ ad dulcedinẽ paradisi. Unde Lu. xv. Epulari z gaudere oportebat p reuersione filij ꝑdigi ad misericordiã pij̃ssimi patris. Ibidẽ. Cõgratulamini mihi. q⁹ inueni drachmã quã ꝑdideram. Joh. xvi. Mulier cũ parit zc. Nõ d̃ matre et filio p̃t intelligi. In passione ei filij pepit q̃dãmodo mater. q⁹ tũc p̃mo sensit dolores puerpe. Unde de ea ꝑdictũ fuerat Isa. lxvi. Anteq̃ parturiret pepit zc. Quis audiuit vnq̃ tale? Sed hũano genere p passionẽ redẽpto. inferno spoliato. z filio suscitato. iã nõ meminit p̃ssure ꝓpter gaudiũ. Infra inuenies istud.

Dilexit fortiter S

In omni ỹtute sua cum qui se fecit diligens. Eccli. vij. et p̃ter eũ nihil timẽs Mat thei. x. Nolite timere eos q̃ occidũt corpus zc. Perfect⁹ enim timor dñi facit diligere fortiter. Unde puer. xiij. In timore dñi fiducia fortitudinis zc.

Pro eo q̃nta libet aduersitates patiẽter sustinens. iuxta illd̃ puerb. xij. Qui negligit damnũ ꝓpter amicũ i. christũ fidelis est.

Pro alio aduersitate ab ei⁹ amore nõ recedens. q⁹ sicut dicit puer. xvij. Omni tpe Dilexit fortiter .i. tam in aduersis q̃z in ꝓsperis diligit q̃ amic⁹ est Qui enim christũ nõ diligit in aduersis sicut in ꝓsperis/ amic⁹ nõ est.

Pro nulla aduersitate nec etiã timore mortis ip̃m negãs aut deserens/ sicut fecit petrus p̃sumptuosus. Et hoc manifeste in passiõe apparuit. q̃n fugiẽtibꝫ discipulis stetit imperrita iuxta crucẽ. Joh. xix. Timor enim nõ erat i charitate ei⁹. q̃m pfecte diligebat. i. Joh. iiij. Perfecta charitas foras mittit timorẽ.

Quia dilectio ei⁹ fortis fuit vt mors. Cãti. viij. Quia sicut mors nõ mozit. sic charitas ei⁹ nũq̃z excidit. Unde dicẽ filio Hiere. xxxi. In charitate ꝑpetua dilexi te. Impletũ ẽ enim in ea illud Eccli. xiij. Omni vita tua dilige deum.

Quia si fieri posset s̃m beneplacitũ diuine volũtatis mori p eo z cũ eo desiderauit. nec vite sue pepcit p dilectõe. sicut nec filij⁹. Pro eo. vt dixisse visa sit cum dauid. ij. Regũ. xviij. Quis mihi det vt p te moriar fili mi Iesu. Cũ eo. q⁹ et si animã suã nõ posuit p redemptõe generis hũani. exposuit tñ. z quod potuit fecit.

Dilexit memoriter

Itẽ beata virgo dilexit memoriter. iuxta illd̃ Eccli. xxxviij. Nõ obliuiscar⁹ amici tui T i animo tuo. Isa. xlix. Nunq̃d p̃t obliuisci mulier. vt sup̃. Ideo etiã dicit ip̃a Canticor. i. Fasciculus mirre dilectus me⁹ mihi. iter vbera mea cõmorabit Quasi diceret. Dilectus me⁹ mihi singulariter z specialiter. ipe est Fasciculus mirre i. multarum amaritudinũ congregatio colligata vinculo tenacis memorie. z iste fasciculus cõmorabit inter vbera mea i. in corde meo. q̃d est inter vbera cõclusum. quia nõ possũ ei ñ ꝑpati. nõ possũ ei nõ ꝑmori. quẽ genui. quẽ lactaui. q̃ p me tot amaritudines tolerauit. Et h̃ q̃si ꝑsuasisse videt ei filius Treno. iij. dicẽs. Recordare paupertatis z transgressiõis mee/ absinthij et fellis.

Aliter vt expositio ꝓueniat tã marie q̃z fideli aiĉ Dilectus me⁹ Iq̃ diligit me z diligi U tur a me mihi ipsum amãti z passionẽ ei⁹ imitãti est Fasciculus mirre z iste fasciculus inter vbera mea ꝑmorabit. Summa ẽ. Tota ꝓgeries tribulationũ et passionũ dilecti mei q̃s p salute mea sustinuit nũq̃z a memoria mea excidet. Dilect⁹ aũt marie ꝓprie fuit ei Fasciculus mirre in passiõe. q̃n mirra potat⁹ ẽ. sicut dicit Mar. xv.

ꝛ dederũt ei mirratũ vinũ ꝛc̃.ꝛ qñ de cruce ablat⁹ mirrã ꝛ aloe innunct⁹ ē. Joh.xix. Sibi autē ꝗsi discretiue dicit ipm fuisse fasciculũ. imo maximã fascē.pl⁹ enī oib⁹ ei ꝺdolnit.et oīs plaga tristicia cordis ē. Lcci.xxv.qz pl⁹ oīb⁹ dilexit. Mirra enī medicinal' est infirmis.iō dñs in passiōe quã sustinuit p salute magni egroti .i. toti⁹ mũdi vinũ mirratũ a militib⁹ accepit. Et nota q fidel' aīa ipm appellat fasciculũ ✠ /nō fascē.qz leue ducit p amore ei⁹ ꝗcꝗd laboris iminet ꝛ doloris. ꝛ qz nō sunt ꝺdigne passiōes hui⁹ tpis ad futurã gl'iam q̃ reuelabit nobis .ad Ro.viij. Jd enī momentaneũ et leue tribulatōis nr̃e ꝛc̃.ij. Lcor.iiij. An nō fasciculꝰ cui⁹ on⁹ leue et iugũ suaue. Mat.xi. Nō dico q leuis fuerit in se mors aspras ꝛ amaritudo .sz dura et grauis. Sed ei⁹ imitatio leuis ē diligēti. Jdeo nō dixit simpliciter Lfasciculus mirre dilect⁹ me⁹ Jsz addidit Lmihi Jqz vere amāti nihil ē difficile. Jdeo ꝛ dilectũ vocat. mōstrās vim amoris omnē amaritudĩs molestiã supare. Uñ btus bern̄. ad monachos suos. Erit qñq nobis ingens cumul⁹ gl'ie.ꝗ mō ē fasciculꝰ mirre. Bern̄. Sequit L Inter vbera mea ꝺmorabit J Hoc ad lr̃am./qñ mater gestabat eũ in bra/ chijs suis L Inter vbera J.i.in principali cordis mei L ꝺmorabit J vsqz in finē L ꝺmorabit J nunq̃ inde recedēs. Uel L ꝺmorabit J ꝗ ad oēs circūstātias passiōis. qō ostē dit p colligatōem fasciculi. Ubera spōse vl' marie ant fidel' aīe. ꝺpassio et ꝺgtulatio. Uel meli⁹ iuxta sensum lr̃e. gratitudo ꝛ hūilitas. q̃ maxime spōsum detinent ꝛ delectāt Eo enim ipo q nos tāt⁹ bñficijs indignos p hūilitatē ꝺgnoscim⁹. et p gti tudinē gr̃as agere nō cessam⁹. christũ nobiscū inseparabiliter ꝛ delectabiliter retinem⁹. ꝗ dicit puer. viij. Delicie mee esse cū filijs hoim. Ecōtrario nihil magꝭ fugat ꝛ elōgat sponsum./q̃ supbia ꝛ ingtitudo. Sponsa ḡ qz inter pspa ꝛ aduersa versat/ hūc fasciculũ inter vbera sua collocat. vt nec leta extollāt. nec tristia deijciāt. Btus Bern̄. bern̄. Tu quoq̃ si sapis imitaberꝭ sponse prudētiã. et hūc mirre tã caꝛ fasciculũ ō principali tui pectoris nec ad horã patieris auferri. vt possis dicere ꝛ tu Lfasciculꝰ mirre dilectus meus mihi ꝛc̃. J

Aliter L Fasciculꝰ mirre fuit christ⁹ in veteri lege. sed Linter vbera Jmarie fact⁹ est L dilectus Jet suauis ꝛ dulcis. Sicut enī sanguis in se horribil' /in vberib⁹ efficit lac qō dulce est ꝛ delectabile ad videndũ. sic fili⁹ ꝗ i lege erat terribil' /inter marie vbera fact⁹ est mitis. Uñ et ipa dicit mater misericordie. L Cōmorabit J dicit. Et p ꝺpositōem vocabuli designat q maria nō soli⁹ filij est habitatio .immo toti⁹ trinitatꝭ et habitatio gaudiosa. Uñ ꝓpter ß videt sic posse intelligi ille ꝟsus. L Sicut letantiũ omniũ Jsz triũ psonaꝝ habitatio est in re. J

Charitas marie fuit AA

Jnsepabilis. tanq̃ spōse ad spōsũ. dilecte ad dilectũ. matris ad vnigenitũ. De hac isepabilitate dicit ipa canti.iij. Tenui eũ. nec dimittā. Itē Cañ.viij. L Dura vt iferꝰ emulatio J. i. dilectio ei⁹. qz sic infernꝰ quē semel ꝛcipit nūq̃ dimittit. sic ei⁹ charitas nūq̃ excidit. nūq̃ dilectũ dimisit. Uñ et potuit ꝟe dicere filio illō hiere.xxxi. Jn charitate ꝑpetua dilexi te. Itē illō.ij. Regũ. i. Sicut mater vnicũ amat filiuꝫ/ ita te diligebā. Itē illō ad Ro.viij. Quis me sepabit a charitate dei ꝛc̃. Tribulatō an angustia ꝛc̃. Jbidē. Scio qz neq̃ mors neq̃ vita ꝛc̃. ꝛ ponit.xi. adiectiua. Si ḡ intantũ dilexit regē suũ miles regis. qnantũ putaꝭ dilexisse filiũ regē genitricē regis. vtiq̃ multo amplius.

Jnsupabilis. Quod pinet ad diligere fortiter. Uñ canti.viij. Fortis est vt mors BB dilectio. dura vt infernꝰ emulatio. Nō de charitate christi ꝑmo ꝛ ꝑncipaliter intelligit. Qui bñ fuit fortis vt mors. qz p charitatē mori dignat⁹ ē. Joh.xv. Maiorē charitatē nemo habz ꝛc̃. Et ne mozeremur eternaliter. /separata est aīa ei⁹ a corpe. qō est mori tpaliter. Charitas etiã marie L fortis J fuit L vt mors J imo fortior morte. qz filiũ intantũ dilexit. et hūani generis redēptionē intātũ optauit./q mori p filio vl' p mũdi salute cũ filio desiderauit. sicut dictũ est sup̄. Jn illis etiã est charitas fortis vt mors ꝗ mũdo moriũt vt dilectio vivat in eis. Mors ei tollit tpalia. ꝛ aufert vsũ sensuũ. L Dura letiã L vt infernus J fuit L emulatio J. i. dilectio ei⁹. qz cōstantiã ei⁹ nulla fregit violētia psecutionũ sicut qui in inferno sunt nulla frāgi possunt. violētia

tormentorū. Itē de charitate dicit paulo post. ¶ Aque multe nō poterūt extinguere charitatē. nec flumina obruēt eā. Aq̄ multe ¶ i. oīmode penalitates q̄s sustinuit i filio ¶ nō po. extin. cha. ¶ marie scz. qz ipi⁹ charitatis absorbebāt ardore. sicut ardore solis vel ferri igniti absorbet aq̄. Unde de charitate ei⁹ dicit Sap. xvi. ¶ In aq̄ ¶ tribulatōis ¶ que ignē extinguit ¶ imperfecte charitatis ¶ ignis ¶ i. marie charitas ¶ plus valebat ¶ et aq̄ obliuiscebāt extinguētis nature. Sequit ¶ Nec flumia ¶ i. impetus tribulationū q̄ntuscūq; ¶ obruēt eam ¶ Immo q̄nto forti⁹ impulsa ē. tāto firmius steterit. qz fundata erat sup firmā petrā. que ē christ⁹ Mat. vij. Itē Insupabil⁹ qz dilectio filij absorbebat i ea omnē aliā dilectōem. sicut magn⁹ ignis absorbet ignē cādele. Dilectio enī ignis est quē dñs venit mittere i terrā Luc. xij. q̄ videlicz igne vehemētius inflāmauit aiam mr̄is sue. Unde z ipa dicit Canti. v. Aia mea liq̄facta est. zc. sicut metallū durissimū p vehementiā ignis liq̄fieri potest.

Insatiabilis. Quia charitas ei⁹ erat ille ignis de q̄ dicit puer. xxx. Ignis ꝙ nūq; dicit sufficit. Sustauerat enī quia suauis est dñs. q̄ dicit. Qui edūt me adhuc esuriēt. zc. Eccli. xxiiij. Ideo ipa dicebat. Sitiuit aia mea ad deū fontē viuū. Sic ei fons viuus sp scaturit aquas nouas. sic fili⁹ eius q̄ est fons vite ei sūmistrabat iugiter de seipo delectatōes nouas. imo etiā tota trinitas. cui⁹ erat triclinīū. Uñ q̄dā dicunt q⁹ viatrix ꝙphēdebat. Sap. xviij. Usq; i celū attingebat stans i terra. L L

Singularis. Quia extra deū nihil q̄sinit dicēs. Unā petij a dño hāc requirā. zc. Charitas ei ei⁹ erat vehemēs z bñ ordiata volūtas. sic diffinit btūs ber. Aug⁹ ō domino. Quicq̄d mihi pter illū est dulce nō est. q̄cq̄d vult mihi dare dñs me⁹ totus auferat. et se mihi det. Qui enī diligit christū. ppter tpalia que largit. nō est amor eius singularis. sz adulterin⁹. Sicut meretrix diligit leccatorē et ei applaudit q̄s diu habet q̄d det. nudū ꝙ expellit. sic amator tpaliū diligit christū. Uñ. Confite dic tibi cū benefecer⁹ ei. De tali dilectōe dicit pabo. xxvi. ¶ Cū defecerint ligna ¶ bñficiorū tpaliū ¶ extinguet ignis ¶ i. dilectio cessabit. Itē singularis fuit ei⁹ dilectio. qz nec simile habuit nec habitura est. Berñ. Aug⁹

Nobilis. nō tarda. non pigra. nō torpida. sed velox. mouēs. et pmouēs. Uñ concepto saluatore ascēdit in mōtana cū festinatōe vt ꝙgauderet elizabeth. Fugit cū filio in egiptū ad pceptū angeli. Mat. ij. Retulit filiū in terrā israel Mat. iij. defuncto herode. Uñ et designat p ferculū salomōis. qz omni agilitate z feruore animi ad q̄libet bona exercitia fm beneplacitū diuīe volūtatis se circūferebat. De hac mobilitate btūs bern. Qui amat ardēti⁹. currit veloci⁹. et puenit citi⁹. Et qz ipa amauit ardenti⁹. vñ q̄si effrenate dicit. osculet me osculo oris sui. z tota die dicit i cant. amore lāgueo. ideo cucurrit veloci⁹ oībus. et citi⁹ puenit ad brauiū vite eterne. sto la immortalitatis vt credit corpaliter ia induta. D D Berñ.

Incessabilis. i. pseuerās. qz charitas ei⁹ nunq; excidit. qđ de pfecta charitate intelligit. Uñ z dicit filio hiere. xxxi. In charitate ppetua dilexi te. Sil'abat ei ei⁹ charitas charitati filij. de q̄ Joh. xiij. Cū dilexisset suos q̄ erāt in mūdo. i finē dilexit eos. Ad qđ etiā ipe inuitat oēs fideles Joh. xv. dicēs. Manete in dilectōne mea. Itē Mat. x. Qui pseuerauerit vsq; in finē. saluus erit. Inchoantib⁹ enī pmiū pmittit. sed pseuerātibus dat. sicut dicit autoritas. Fuit caritas marie

risma tū. Et de illa plenitudīe omnes recep'm⁹ gr̄am p gratia. Joh.i. Cū enī sup̄ christū req̄eſceret ſpūs dñi. ſpūs ſapiētie et intellectus. ſpirit⁹ ꝓſilij et fortitudīs. ſpiritus ſcie et pietatis. et repleret eū ſpūs timoris dñi. Isa.xi. et christ⁹ req̄eſceret i ea. ſicut dicit de ipa. hec req̄es mea. hic habitabo ꝛc. ꝓstat q⁹ ſeptem dona ſpūſſan cti req̄euerūt in ea. et ipam vsq; q̄q; repleuerūt. Isa.lxvi. Sup̄ quē req̄eſcet ſpūs meus nisi sup̄ humilē ꝛc. ¶ Vite ⁊ veritatis ¶ i. christi q̄ est vita et veritas. Johan. xiij. Uel intrāſitiue ¶ Omnis gratia ¶ q̄ est vita et ꝟitas. Uel ¶ ois gr̄a ¶ effectiua vi te et veritatis. Uel ¶ omnis gr̄a vite ¶ q̄ nunc ē ⁊ future. et in hoc breuiter oīa colli/ git. et in se nihil boni deesse ostendit. ad hanc vitā vel futurā ptinens aut necessa/ riū. Uel ¶ vie et ꝟitatis ¶ Alia lr̄a vere. ſ. ¶ vie ¶ que ducit ad vitā Let veritat⁹ ¶ q̄ docet viam illam. Uel moraliter. ¶ Omnis gr̄a vite ¶ actiue et cōtēplatiue. Unde signat̄ p martham et mariā Lu.x. Lege anſelmū quomodo vtrāq; vitā impleuit in se. in illa omelia. Intrauit iesus in quoddā castellū ꝛc. Uel ¶ vite ¶ innocētie et peniten tie. quib⁹ du ob⁹ aīa ſpūaliter viuit. Uel ¶ vite ¶ triplicis. Est enī triplex vita. Uege tabilis. ſenſibilis. et ratōnalis. Uita vegetabilis est incipiētiū viuere p fidē et cha/ ritatē. q⁹ ipi q̄ſi plante viuūt vita gratie et creſcūt. ſed ſpūalia nōdū ſentiūt. q⁹ ani malis hō nō ꝓcipit ea que sunt ſpūs dei. i. Thoz.ij. Simile. i. Regū.iij. Samu/ el necdū sciebat dñm. Uita ſenſibilis pficientiū. qui gustāt dona dei. ſed nō diſcer nēdo que sunt illa bona. Gene.xlix. yſachar aſinus fortis. vidit req̄em q⁹ esset bo na. Uita ratōnalis pfectorū. qui p ꝓſuetudine exercitatos habēt ſenſus. Heb.v. Qualis erat iacob. Genes.xxxij. dicēs. Uidi dñm facie ad faciē ꝛc. Omnes gr̄ias iſtas habuit maria ſp excellenter. ¶ Et veritat⁹ ¶ Tripler est veritas. Cordis. oris. et opis. contra triplex ve. q⁹ est vanitas. falſitas. ſimulatio. In ipa aūt fuit ¶ gratia omnis veritat⁹ ¶ q⁹ habuit veritatē cordis ſine vanitate. Ueritatē oris ſine falſita te. Ueritatē opis ſine ſimulatiōe. Uel ſm illā lr̄am. ¶ In me omnis gr̄a vie ¶ Et ē y iſtud omnis dyaſirticū. q̄ſi dicat. ¶ In me est oīs gratia oīs vie. ¶ Est ei triplex via ad ſalutē. Uirginalis. Cōiugalis. Uidual'. In ꝑma virginitas cū ſterilitate. In ſecūda fecūditas cū corruptōe. In tercia pietas cū ſollicitudine terrenor̄. Sed in iſta ꝟgine fuit ¶ gr̄a omnis vie ¶ q̄ ducit ad ſalutē. quia fuit virgo ſine ſterilitate. Fe cunda ſine corruptōe. Pia ſine ſollicitudine terrenorū. Uel ideo dicit. ¶ In me oīs gratia vite et ꝟitatis ¶ vt oſtēdat ſe immunē a gratia mortis et falſitatis. de q̄ dicit̄ puer. in fi. ¶ Fallax imago et vana est pulcritudo. ¶ Hic exponе ¶ Fallax imago ¶ i. glia laudis hūane. quia nullus ꝓsequit̄ q⁹ illa ꝑmittit. Let vana est pulcritudo ¶ ca ſtitatis ſine hūilitate. Uel exterior ſine interiori. Uel opis exteriorīs ſine recta in/ tentōe et dei timore. q̄ est initiū ſapiētie et cuſtos virtutū. Aliq̄ libri habēt. ¶ Fal/ lax gratia ¶ qua mūdo gratioſi sum⁹. Nō enim est niſi q̄dam ꝑditio. ſicut oſculuz iude q̄ tradidit filiū hominis. Lu.xxij. Et nota q⁹ q̄dā calūniati sunt ꝟbum iſtō. z Maria mater gratie. cū ſola trinitas sit mater gr̄e. Quib⁹ dici potest. q⁹ hūanitas christi cui⁹ ipa est mater appellat̄ gratia. ad Heb.ij. ¶ Gratia dei ¶ i. filius humana tus ¶ p oīb⁹ gustauit mortē. ¶ Et ō christ⁹ gr̄a. vel q⁹ gt⁹ dat. vl' q⁹ gt⁹ dat⁹ ē nob a patre. ¶ Pro omnib⁹ ¶ dicit. quia fuit pciū ſufficiens. licet nō efficiēs. Sequitur i autoritate. ¶ In me oīs ſpes vite ⁊ ꝟtutis. ¶ Petrus māducator. Hā ſicut p illā accepimus gr̄am vite q̄ nūc est. ita p illā habem⁹ ſpem vite que futura est. et habi turi ſumus fructū glorie q̄ ſemp duratura est.

Petrus māducator

¶ Item Maria mater vite. ſ. christi. qua viuūt vniuerſi. quā dū ex ſe genuit nimi A A rum omnes q̄ et ea victuri sunt quodāmodo regenerauit. Et ſi enī carnalit⁹ ge nuit vnicū filiū. in eo tamē ſpiritualiter mater effecta ē magne multitudīs filio rum. quor̄ primogenit⁹ christ⁹. Ad roma.viij. Uñ ſignificāter dictū est Luce. ij. Peperit filiū ſuū primogenitū. Ipa est enī anna q̄ prius ¶ ſterilis ¶ quo ad ꝓpoſitū virginitatis ¶ pepit. ¶ hoc modo ¶ plurimos ¶ i. Regū.ij. Ideo dicit̄ Eccl.xxxvi. ¶ Iſ rael ¶ i. fidelis populus deū cōtemplās ¶ quē coequaſti ¶ i. p fidem vniſti vel co/ heredē feciſti ¶ primogenito tuo ¶ i. christo. qui est ¶ p̄mogenit⁹ mortuorū ¶ i. reſur/ rectio Let princeps regū terre ¶ Apoca. i. Dicit enim eua dicta est mater omnium

viuentiū vita nature. Bene.iij.sic maria mater omniū viuentiū vita gratie. Eua ei interp̄tatur vita aut mater viuentiū. Ipa etiā ꝓpter hoc figurata est p saram. q̄ licet nō nisi vnicū filiū carnaliter pepit abrahe. cui dixerat dñs Bene .xxi. in ysaac vocabit tibi semen. tamē mater dicta est toti⁹ populi israelitici. Unde Isa.li. dicit iudeis. Attēdite ad abrahaam patrē vestrū. et ad sarā que pepit vos. Sic et maria nō peperit carnaliter nisi vnū verū ysaac. id ē. christuz q̄ est risus noster ⁊ gaudiuz nostrū ⁊c. vt supra. Ipa etiā mater vite. Sed eua fuit mater mortis. quia p eā vita quam habuim⁹ nobis ablata. sed p mariā restituta est. Hā maria portauit vitā. et aperuit nobis portā vite. Unde. Paradisi porta ⁊c. Et ad vitā viā nouā ostendit. vouens virginitatē. et ꝑ p exemplū. Unde ipi conuenit qđ de filio dicit Dicheas.ij. Ascendet pādens iter ante eos. Uita enī eius semp fuit in ascensu. ⁊ vbi ipa regnat cum filio suis oꝛōibus introducit peccatores.

Item. Alio modo vita recta maria p exemplū. vita beata fili⁹ eius. Quia sicut ō maria natus est christ⁹. sic de vita recta p gratiā. nascitur vita bta p gl'iam. Precedūt enim rectitudo. iusticia. meritū. sequunt brītudo. gl'ia. p̄miū. Singula singul'. B B

Item Maria mater nostra quā vident filij sui cognoscere dicrāte ipis q̄dam naturali pietate fidei. vt ad inuocatōnem nois eius primo vl'maxime refugiant i oib⁹ necessitatib⁹ et piculis. tanq̄ paruuli ad sinū matris. Et habet hec mater q̄si duo vbera. q̄ petimus ad sugendū. cū dicim⁹. Nos culpis solutos ⁊c. Nec sunt mansuetudo cordis ꝓtra superbiā. et puritas carnis ꝫ luxuriā. Uel vbera ei⁹ misericordia ⁊ oratio. q̄b⁹ nutrit nos. Ut dici possit. Sacra cogitatū tuū i dña nostra. ⁊ ipa te enutriet. Itē ipa est mater surgentiū a peccato. alioq̄n nisi ꝑus a petō surrexerꝛ. nunq̄ de hac matre poterꝛ gl'iari. Prouer. in fi. Surrexerunt filij eius ⁊c. C C

Maria amica Titulus ij.

Isidor⁹

A Mica. Unde toties in cā. appellat amica et dilecta. Et hoc multiplici ratōe. Et dicit amic⁹ vel amica q̄si amoris consors. vel q̄si animi custos. Uel sm isidoꝛ. ab hamo. i. a cathena charitatis. Unde et hami dicunt q⁹ teneāt se inuicē. Itē amicus ab a qđ est sine et mene qđ est defect⁹. Sol⁹ enim ille ꝑfe est amicus. q̄ in necessitate nō deest amico suo. A

Maria amica christi B

Quia magno zelo ab eo dilecta. Unde de ea dicit christ⁹ Zacha. i. Zelatus sū hierusalē et sion zelo magno. Maria. s. designata p hierusalē et sion multiplici rōne. Ipa enīz hac de causa ꝺsignat ꝑ hester. quā rex assuerus amauit sup omnes mulieres. Ideo etiā de ipa dicit Sap. viij. Omniū dñs dilexit eā. Precipue aūt ratōne humilitatꝛ dilecta est a dño. Unde i figura ei⁹ dixit lya Beñ. xxix. Uidit dñs humilitatē meā. nūc amabit me vir meus.

Quia nō seruiēs in timore sed in vinculo charitatꝛ. nullū aliud emolumētū q̄rens ex sua dilectōne q̄ ipm dilectū. Unde dicit Cañ. ij. Dilectus me⁹ mihi. q. d. Ipe solus sufficit mihi. nihil aliꝺ q̄ro. Ideo etiā dicit Cañ. iij. Inuēi quē diligit aīa mea. i. intima volūtas et affectio mea. Tenui eū nec dimittā. Propter hoc etiam debet ipa appellari amica cordial'. Oꝺ bene apparuit in passiōe vnigeniti sui. cuz matris aīam gladi⁹ filij ptrāsiret. Omni enī ꝛpe. i. tam in ꝑspis q̄ aduersis. Diligit q̄ amicus est. puer. xvij.

Quia cōscia secretoꝝ ipius. Quod manifeste patuit in incarnatōe. quādo ꝺsiliū suum de redēptōe generꝛ humani ꝑus ei reuelauit q̄ alicui spirituū beatoꝝ excepto gabriele. sicut dicit btūs bern̄. Qui secz gabriel tante inter suos fuit excellētie vt tali nomie dign⁹ haberet et nūcio. Uñ cū magister H. de sctō victore q̄sisset a sctō bernardo vnde ꝫ diceret. rñdit. Q⁹ vnusq̄sq̄z in suo sensu securus abūdat. vbi vel certe rarōi vel manifeste autoritati qđ sentit nō obuiat. Non enī marie caro ⁊ sanguis reuelauit mysteriū eternis tēpoꝛib⁹ tacitū. sed pater qui est in celis filiū suuz ei patefecit per angelū. Hoc etiā apparuit q̄n beate virgini annunciauit angelus cōceptū elizabeth. Luce. i. Decebat enī vt verbū mox diuulgandū vbiq⁹. prⁱ⁹ sciret ꝑgo p angelū q̄ audiret ab homīe. ne mater dñi a cōsiliis filij videret amota. si L

Bern̄.

eorū que tam ppe gerebant interim remānsisset ignara. Gen. xviij. Nū celare potero abrahā que facturus sum? Amos. iij. Nō faciet dominꝰ deꝰ ẏbū. nisi pul reuelauerit ad seruos suos pphetas. Multo fortiꝰ sue matri q̄ magna est, pphetissa. sic patet in cantico suo. Jō etiā mirat helyas. iij. Regū. iij. q̄ dns celasset ab eo mortē filij hospite sue. Jdeo etiā dicit dns apl'is Joh. xv. Jam nō dicā vos seruos. qz seruus nescit q̄d faciat dns ei⁹. Vos autē dixi amicos. qz omnia q̄cūq; audiui a patre meo nota feci vobis. Horaliter. Si vis fieri amicꝰ dei. reuela ei consilia tua. i. peccata. Unde psal. Reuela dño viā tuā et spera in eo et ipe faciet. i. pctā tua dimittet. Itē Para. xvi. Reuela dño opa tua. ⁊ dirigēt cogitatōes tue.

Tullⁱ Quia voluntatē suā diuine volūtati p omnia ꝯformauit. In hac enī ꝯformatione seu ꝯformitate vera amicicia certissime ꝯprobat. Unū tullⁱ. Jdem velle et idē nolle ea demū amicicia ē. Hoc aūt ex toto corde fecit beata virgo. qñ itelligēs p angelū q̄ filiꝰ dei de ipa volebat carnē assumere. statim rndit. Ecce an. do. fi. mihi ꝛē. D

Maria amica christi. Quia amici sui christi p oīa p̄cepta adimpleuit. qđ ppriū est amantiū. Unū Joh. xv. Vos amici mei estis si feceritis q̄ ego p̄cipio vobis. Similiter ipe christꝰ p̄cepta et voluntatē adimpleuit matrʒ. qñ descēdit cū illʾ nazareth et erat subditus illis. Luce. ij.

Quia filio suo ad mūdi redēptōem coadiutrix fidelissima extitit. qñ filio dei de carne sua virginali tunicā texuit. quā p salute omniū deo patri in cruce sacrificiū obtulit in odorē suauitatis. Jdeo p̄dictū fuerat Gene. ij. Nō est bonū hoīem esse solū. faciam⁹ ei adiutoriū. Illa enī literalis eua viro suo nō fuit in adiutoriū. sed potiꝰ ī destructoriū. Istud melius inuenies li. iij. in decimo ꝓuilegio marie. circa finem capituli.

Quia nec in pspis aut aduersis filiū deseruit nec ab eo deserta est. Qđ signū est ẏe amicicie. Unū puer. xvij. Omn tpe. i. in aduersis et pspis diligit q̄ amicus est. re et noīe. Uera enī amicicia est ūctura animoꝝ amantiū. nō ꝯtinuatio vel contiguatio sed mixtura. q̄ nō patit aliquod pmixtorū tangi q̄n totū tangat. Unū tullⁱ Jdē velle ꝛē. Uera etiā amicicia nō verbis sed factis ꝯtrahit. Unū. i. Joh. iij. Filioli nō diligam⁹ verbo neq; lingua. sed ope et ẏritate. i. vero ope. Itē vera amicicia nō beneficijs exterioꝝ pasat sed amore. Unū tullⁱ. Hanc dicim⁹ veram amicicia. cuiⁿ fructⁿ totⁿ in amore est. Jdeo dicit Eccī. vi. Si possides amicū. ī tēptatōe. i. in aduersitate eiⁿ posside eū. Quasi diceret. Si habes aliquē amicū. nō dimittas eū in tēpore aduersitatis sue. Sic enī fecit maria christo. et sic possedit eum quādo in vltima necessitate fuit. ⁊ nec amicus nec amica cū eo remānsit qui aliquātulū nō elōgaret se a fide ipius. excepta sola virgine. Unde dicit filius patri. Elōgasti a me amicū et primū. Itē. Lōge fecisti notos meos a me ꝛē. Sed sola maria ẏe credidit. et cum ipo ad pedes crucis remānsit. Jdeo dixit ipe in ps. Singulariter sū ego donec trāseam. Dicit etiā Isa. lxiij. Torcular calcaui solⁿ. et ō gētibus nō est vir mecū. Certe verū est dñe q̄ nō est vir tecū. sed mulier vna tecū est. que oīa vulnera que tu suscepisti in corpe tuo. suscepit in corde suo. Quere istud libro. i. ca. v. titulo. dns tecū. circa mediū capituli. Nō fuit deserta a filio. quia tūc assignauit eam custodiendā discipulo. implēs illud qđ ei pmiserat. Non te desera neq; derelinquam. ad Heb. xiij.

Tullius

Dns parisiensis

Quid sit vera amicicia

Quia pbata est in necessitate. Unde puer. xvij. Frater in angustijs ꝓbat. Similiter dici potest de sorore et amica.

Quia amicū suū christū in oīb honorauit. ei totū attribuēs q̄cq̄d boni ab eo recepit. Unū dixit. Fecit mihi magna q̄ potens est ꝛē. Quasi diceret. Ex me dei sum id qđ sum. Et hoc fuit p hūilitatē. qz deꝰ a solis hūilibus honorat. Eccī. iij. Honorata est etiā ab eo. qñ exaltata sup omnes choros angelorū ad dexterā eius gloriosa resedit.

Maria soror Titulus iij.

Soror. Unde dicit ei christꝰ Can. iiij. Vulnerasti cor meū soror mea sponsa. Quere libro. v. titulo. v. ō pulcritudie oculoꝝ marie. Itē Can. viij. dic A

maria cū magno desiderio postulās incarnatōem filij. Quis mihi det te fratrem meū in humana natura fratrē etiā in legali doctrina. qō exponit subdens Su gentē vbera matris mee scz sinagoge vel legis. cui⁹ tūc suxit christ⁹ vbera cū i se impleuit legis sacramēta. vel cū doctores interrogauit q̄ erant vbera sinagoge. Luce.ij. Quis in q̄m mihi det vt inuenia te solū foris et deosculer te. Inuenire desiderat eū solū in diuina. s. natura. in q̄ solus est. et humanū nō habz cōsortiū. Inuenire desiderateū foris vt nō solū eum cognoscat in carnis ergastulo. sz vt i immēsitate deitat̄ inueniat que nullo cōcludit termino z omnia cōtinet z concludit. Et ipm sic inuenire desiderat vt osculet eū. vt videlicet videdo pntē tanq̄ facie ad faciem in eius amore delectet.

B

Maria soror

Christi. q̄ fili⁹ est dei patris p naturā. et ipa specialis. imo specialissima filia eiusdez patris p gratiā. et tāto specialior christi soror quāto ipi duo vnus sanguis et vna caro. De quib⁹. i. ad Ebr. vi. Erūt duo christus. s. et maria in carne vna. Virginali. Itē ipa soror christi p castissimā sincerā z feruētissimā dilectōez. que solet esse inter fratrē et sororē. Unde ipe dicit Zacha. i. Zelat⁹ sum hierusalem zc. vt supra de amica. Itē soror. quia coheres ei⁹ et cōmunicās cum eo regnū patris. heres dei et coheres christi. Ro. viij. Ergo soror ei⁹ p nature idēitatē formis et naturali ei. et hereditat̄ eterne particeps. Sūme etiā dilecta ab eo. q̄ nemo carnē suā odio habuit. simile suo simili nosci. et ab eo diligi. q̄ volatilia ad sibi sil'ia gregant. Eccl. xxvij. Eodem. xiij. Oē aial diligit simile sibi. Et q̄nto maria nature mūdioris z morib⁹ et virtutib⁹ christo similior. pl⁹ ab ipo diligit q̄si specialis soror.

Populi christiani p naturā. q̄ sūma gloria est ipi populo christiano si esset q̄ adverteret. habere. s. sororē reginā angelorū et hoim. imo q̄ plus est habere sororem spōsam patris. matrē filij. et amicā spūssancti. reginā etiā celestis regni vbi plenariam habet potestatē q̄scunq; voluerit introducēdi. q̄ cq̄d voluerit imperādi. q̄ cq̄d a filio petierit obtinēdi. Jō potest ꝛe dicere cū filio Mat. in fine. Data est mihi omnis potestas i celo z in terra. Ideo etiā dicit eccl. xxiiij. In hierusalē supna potestas mea.

Maria soror

Sodaliū christi. i. angelor̄. vel patriarchar̄ et pphetarū. q̄ dicunt de ea Cañ. viij. Soror nostra parvula ē et vbera nō habet. Istud invenies libro. v. ti. xviij. de pulcritudine marie. vbi agit de vberib⁹ vginis. in medio tituli.

Sanctorū angelorū p virginitatē. charitatē. et hūilitatē. et maxime ppter celibat⁹ integritatē. Ideo dicūt Cantic. viij. Quid faciem⁹ sorori nre in die q̄n alloq̄enda est zc. Quere titulo de vberib⁹ marie. li. v. titulo. xviij. in medio tituli.

Maria charissima Titulus iiij.

Charissima Un̄ dicit ei sponsus Cañ. vij. Quā pulcra es z q̄ decora charissima in delicijs. In h̄ q̄ bis q̄ritur q̄ pulcra sit et q̄ decora z geminat nomē pulcritudinis. designat q̄ ipa mirabiliter inestimabiliter et immensurabiliter pulcra est et decora. Itē pulcra dicit fide decora bona opatōne. Vel pulcra in virtutib⁹ q̄ spiritū illuminat et exornant decora ī virtutib⁹ q̄ carnem venustat et purificat. Charissima spōso suo ī delicijs spūaliū charismatū. Vt potest fieri ꝓpatio. vt dicat q̄ chara sacra est toti trinitati q̄n in vtero sanctificata charior q̄n vnigenito dei impgnata charissima q̄n in assumptōe i sponsi thalamū introducta. et gl'ia imortalitat̄ coronata. Vel charissima q̄ vnigeniti sui sanguine redēpta et charissime ab eo dilecta. Vel ideo dicit charissima i delicijs q̄ tanq̄ delicata mul'er cibos grossos fastidiēs et ꝯmunes. nō potest gustare nisi q̄dam specialia. sic et ipa q̄quid amaz vel nociuum aīe respuēs delicijs supcelestibus tātūmodo vacabat. q̄ sic ꝯmedunt vt semp esurianꝫ. et sic satiāt vt sp fastidiū rollant. Et hic est cib⁹ cibo melior. Eccl. xxxvi. scz filius dei. q̄ dicit. Qui edūt me adhuc esurient zc. Propter hoc dicit ipa de filio q̄ est manna oīs saporis. Sap. xvi. Dilectus me⁹ mihi quasi diceret. Alias nō curo delicias. Itē Charissima in delicijs. Est illa aīa que q̄si fastidit quedā bona vt trāseat ad meliora. sicut dicit

autoritas sup illō. Ibūt sancti de virtute in virtutē. Nō semp vni virtuti studēdū est. sed de virtute in virtutē eundū donec videat deus deoz in sion.

Maria filia Titulus v.

Filia Quā instruit spūssanct⁹ in ps. Audi filia et vide. Audi vt scolaris q̄ versaris in scola spūssancti. cui⁹ scola est fidei ⁊ morū et bonoz operum. Audi vt possis credere his q̄ tibi dicēda sunt ab angelo. qz fides ex auditu. Ro. x. Audi. p facilē obedientiā obaudi. Ecci. xxxix. Obaudite me diuini fructus. Item Audi. i. fac ꝟbo dei sponso tuo audientiā in corde tuo p silentiū. Ecci. xxxij. Audi tacēs. et p reuerēcia accedet tibi bona gra. Filia ppter paternā circa te sollicitudinē. Ecci. xxxij. Filia patris absc̄dita est. Hec est maria quā inuenit angel⁹ clausaz i thalamo. Filia ppter paterne nobilitat̄ custodiā. ne ab illa degeneres. Canti. vij. Quā pulcri sunt gressus tui in calciamētis filia ꝓncipis. id ē. christi ſm deitatē. q̄ est ꝓnceps regū terre. Apoca. i. Filia p imitatōnem patris. Ruth. iij. Bñdicta es filia ⁊c. Et vide fragilitatē tuā ſm hūanā naturā. vt te humilies in ocul' tuis et deū exaltes. Can. i. Si ignoras te o pulcerrima ⁊c. Et inclina aurē tuā vt hūiliter obedias diuine volūtati. et de te nō p̄sumas. Et obliuiscere po. t. et do. pa. t. Et ꝯcupiscet rex. i. christ⁹ decorē tuū. maxime decorē spiritualē q̄ in virtutib⁹ ꝯsistit. Maria autē spūsctō edocta audiuit celestē nunciū et credidit. qz fides ex auditu. et vidit et intellexit. Inclinauit aurē suam ad obediētiam. et cor suū ad disciplinā. Oblita est populū suū et domū patris sui. qz nec populū suū augere plis multiplicatōe. nec domui patris sui relinq̄re curauit heredē. Sed q̄cq̄d honoris in populo. q̄cq̄d de paterna domo rerū terrenarū habere potuisset. oīa arbitrata est vt stercora vt christū lucrifaceret. Nec fefellit eam intētio. qz et christū sibi filiū vēdicauit. nec ꝓpositū pudicicie violauit. Et ideo gra plena. quia et gratiā virginitat̄ nō p̄didit. et insuper fecunditat̄ gloriā q̄cq̄siuit. Et i his maxime cōsistit decor. de quo sequit̄. Et cōcupiscet rex decorē tuū. et decorē oī pulcritudine virtutū. quia tota pulcra es et macula nō est in te. Cantic. iij. Maria enī significata est p ruth. que relict populū suū et domū patris sui ꝓpter noemi. que interp̄rat pulcra. i. ppter amorē spiritual' pulcritudinis. et ideo booz. id ē. christ⁹ concupiuit eā.

Aliter Audi gabriel' salutatōem o filia dei. i. o tu beata virgo. Let vide scp̄turas p phetarū. et cōfer. quoniā in te ꝓplent̄. Et inclina aurē tuā vt mediāte obediētia cōcipias filiū dei p fidem dictoz. Fides ex auditu. Roma. x. Et obliuiscere populū tuū. i. nō cures blasphemias iudeorū Let domū patris tui. Os et ipa fecit. ad quod signandū nō noīat̄ pater ei⁹ in genealogia. Hat. i. Uel populū carnalium ō sideriox. ⁊ domū p̄ris tui. Imoysi scz. i. cerimonias leg'. Et ꝯcupiscet rex. i. christ⁹ decorē tuū. vt sup̄. Et nota q̄ postq̄ dixit Lob. po. t. subdit. ⁊ ꝯcupiscet rex decorē tuū. s. si videris more pegrini diligerē a dño. qz dñs amat pegrinum. Deute. x. Et qz ß fecit. ideo dicit Can. i. Fusca sum. qz decolorauit me sol. Quasi diceret. Obfuscauit me sol. quia pegrina sum. Nūeri. xij. Duxit moyses ethiopissam. Et iō debes obliuiscī populū tuū p christo. Quia ipe ē dñs de⁹ tu⁹. Dñs gubnatōe. de⁹ creatōe. tu⁹ filiatōe. Nec magnū si dimittas populū tuū. ⁊ te sūmittas ei. cū ipe p amore tuo dimiserit celū suū. et se totū dederit tibi. Piere. xij. Dimisi domū meā ⁊c. Ipe ē. de⁹. q̄ tātū se hūiliat ad te. qđ notat̄ p ß quod subditur. Et adorabūt eū. scz oēs fideles. cū in noīe eius omne genu flectat̄ celestiū terrestriū et infernoz. ⁊c.

Item in ps. Ois gl'ia eius. s. filie regis abintus. i fimbr'is aureis ⁊c. Maria filia reg' dauid ſm carnē. qz regali ex ꝓgenie maria. Filia sūmi regis. i. dei patris p creatōem et gr̄iam. Uñ appellat̄ filia ꝓncipis Canti. vij. Cui⁹ gl'ia q̄ hospita et triclinium toti⁹ trinitatis. Cui⁹ gl'ia testimoniū ꝯscie bone. Cui⁹ lois gloria abint⁹. q̄ñ christū gestabat in utero. qui dicit de ea Zacha. ij. In gl'ia ero i medio ei⁹. Cui⁹ gl'ia q̄ doctorē āgelox se docētē hēbat iteri⁹. Cui⁹ gl'ia q̄ oīa ꝟba pastoz magoz ⁊ symeōis ꝯseruabat i corde suo Cui⁹ gl'ia abit⁹. i. i ꝯscia pura

Unde tã sepe de ea dicit Absq eo quod pulcerrimũ est et intrinsec⁹ latet Ibi glo. Si gloriã foris q̃reret intus gl'iam quã rex cõcupisceret nõ haberet Abintus quia tanq̃ virgo prudẽs oleũ .i. nitorẽ bone ꝓsciẽtie vel pietatis z misericor die habuit in vase triplici. s. cordis. oris. et opis. cũ lampade integerrime virginitatis. Vel Labintus .i. in cõscientia. nõ extra in vanis. Abintus exteri⁹ eni reputabat corrupta. sed gaudiũ de incorruptiõe habebat interi⁹. Un dicit Cãt. i. Nolite me ꝓsiderare q̃ fusca sim .i. corrupta reputet quia ꝺcoloravit me sol iustitie. Ibidẽ Nigra sum exteri⁹. quia reputor corrupta. Sed formosa interi⁹. q̃ virgo purissima. Ideo cũ cõmendat in cant. toties replicat. Absq occultis tuis z absq eo qꝺ intrinsec⁹ latet. Et hec gloria abint⁹ in fimbriis aureis Fimbrie aree opa humanitatis christi. in q̃bus relucet ipi⁹ mera charitas .que p aurũ desi gnatur. Et q̃ oĩa fecit hũiliter ꝓparat fimbriis. que sunt pars vltima et minima vestimẽti. Et hec opa specialiter augent gl'iam virgis matris eius. Vel fimbria q̃ est vltima et minima pars vestimenti et q̃si p nihilo cõputat. est hũilitas que locũ vltimũ semp appetit de se nõ psumens. In qua humilitate aurea p charitatẽ et p ꝑciositatem et p obedientiã et p virginitatẽ. q̃ hec oĩa signant in auro. virgo gloriabat dicens. Quia respexit hu. an. sue. ecce ei et ꝑ brãz me dicẽt oĩes generatiões. Ergo gloria filie regis abint⁹ Ubi deus videt Ĩ fimbriis aureis est gl'ia marie in aurea hũilitate. Vel fimbria vltima pars vestimẽti. est pseuerãtia ꝺgis in aurea charitate. qꝺ apparuit in passiõe q̃n pseuerãter stetit iuxta crucẽ filij charitate vulnerata.

Moraliter Oĩs gloria filie regis .i. aie fidelis. que filia dei est p creationẽ formatio D
onẽ et recreatiõem. debet esse Labintus Ubi deꝰ videt. hoc est cozã dño. nõ affozis contra hypocritas q̃ signant p herodem. q̃ interptatur gl'ia pellis. vl' gloriosus ĩ pellibus. id ẽ. in exteriozibus mũdi.

Maria filia E

Babilonis quãdo nata est in vtero. quia oĩes nascimur filij ire. Eph. ij. Sed nos
Bene ĩtelligatur vtraq̃ natiuitate in vtero et ex vtero. Ipa vero solũmõ natiuitate ĩ vtero. q̃ cõce/ p. 612
pta est cũ originali. sed ~~ero postsanctificata orta est tota pura~~. Nũeri. xxiij. Oziet stella z̃c. Et hec est vna ratio quare figurata est per hester .q̃ de babilõe adducta ẽ ad regẽ assuerũ. sicut dicit ioseph⁹ z magister in hystoziis.

Regis .i. dei patris in sctificatõe et natiuitate ex vtero. Unde tũc canit. Regali ex p
genie maria. quia gr̃e dei filia. quod signatũ est in ꝑ q̃ fuit filia anne que interptat gratia. Gratia enim dei reges facit et reginas.

Sion in conceptõe saluatoris. Sion speculũ. quod intuẽti suã reddit imaginem. Et ipa est speculũ sine macla in q̃ debent fideles aie q̃si duplici ocl'o fidei. s. z amoris iugiter specl'ari. Et tũc fuit filia sion q̃n mater facta est saluatoris. q̃ suã in nobis reformauit imaginẽ p adã veterẽ deformatã. Ideo dicit ei Zach. ij. Lauda z letare filia siõ. q̃ ecce venio et habitabo ĩ medio tui dicit dñs. et applicabunt gẽtes multe ad dñm in die illa. et erũt mihi in populũ. et habitabo in medio tui. et scies q̃ dñs exercituũ misit me ad te. Et sunt verba filij ad virginẽ volẽtis ex ea assumere carnem.
Maria filia

Jude. Judas interptat laudãs ꝓfitẽs et gl'ificans. Fuit ꝺ filia iude q̃n de pceptis bñficijs deũ laudauit et gl'ificauit dicẽs. Magnificat z̃c. Et ꝓfessa est ab eo esse q̃c q̃d boni pceperat dicẽs. Fecit mihi magna q̃ potens est z̃c.

Tiri. qꝺ interptat angustia in filij passiõe. cũ eius animã gladi⁹ filij ptransiret. z ꝑe posset dicere cũ susanna Dañ. xiij. Angustie mihi sunt vndiq̃ z̃c.

Hierusalem in assumptõe q̃n trãslata est ad visionem pacis eterne.

Moraliter dicit istud fideli anime. et maxime vel religiose psone. O filia p fi F
dem sicut supẽ expositũ est de maria. Audi nõ linguã carnis que suggerit delectabilia. vl' mundi que vana. vel diaboli. que iniqua. Btus bern. Felix anima q̃ linguas istas nõ audit. s. p consensum. audiat licet per suggestionẽ. illa ꝺo multum felicioz si tamẽ aliqua est. cui penitus nõ loquunt. Eccl. xxviij. Sepi aures
Bern.

tuas spinis .i. auditū tuū aculeis timoris dei muni. Let noli audire linguā neḡm. a necando. i. que aīas necat. Et auditu enī illicito qñ eua sibilū serpentis audiuit ī paradiso/toti⁹ mundi pullulauit damnatio.

Dicit ergo fideli anīe. Audi verbū dei. quia beati q̄ audiūt verbū dei. Filia p ifirmitatis ppie recogitatōem ⁊c. vt supᵖ. Et vide exēpla sanctoꝝ. Heb. xiij. Quoꝝ ī tuentes exitū cōuersatōis imitami fidē. Et sic verbis admonita et exēplis ilstra Inclina aurē tuā vt hūiliter obedias diuine volūtati. Et quia amor mōi ⁊ carnaliū parentū ml'tos retrahit a seruitio dei. subdit Et obli. po. r. et do. pa. t. Brego. gori⁹. Debem⁹ copulā terrene ognatōis agscere. sz si cursū nostꝝ ppedit ignorare. B

In hoc autē versu multa notanᵗ que ꝓpetūt religiosis. Primū obediētia. Uñ Audi Secundū fides p quā adfiliamur. Uñ Filia. Uel spes. quia q̄ sperant ī deo seruiūt p eternis. Uel charitas. qz filiaꝝ et filiorū est diligere patres suos.

Item nota q̄ ps. volens hanc filiā laudare a decore. pi⁹ inuitat eā ad fidē que ī ducit pulcritudinē. et ideo incipit ab auditu a quo fides. Roma. r. Uide p circūspectōem. ecce prudentia. Uide in octo partes. Adapta. Sursum pmia. Deorsū tormenta. Interius anime dignitatē. Exteri⁹ corpis vilitatem. Posteri⁹ vitā pteritam. Anterius tēptationū instantiā. Dextrorsū fallaciā mūdane pspitatis. Sinistrorsum vtilitatē psentis aduersitatis. I

Aliter. Audi horas ecclīasticas. sermones et collatōes. pcepta et phibitōnes. ꝓsilia platoꝝ. pces pauperū. sacras lectōes. diuinas inspiratōes. Unde. Audiā q̄d loq̄tur in me dñs deus. Uide libros vt attendas lectōi Uide. crucē vt imꝑmatur cordi tuo memoria crucifixi. et nō obliuiscaris grām fideiussoris tui. Eccī. xxix. Treno. i. O vos oīnes q̄ trāsitis p viā videte si est dolor sicut dolor meus. Propē hoc ardent de nocte lāpades coꝝ crucifixo. Uide exempla sanctoꝝ. Ad hebr. vlti. Quoꝝ intuentes ⁊c. Uide ꝓscientiā tuā. Hiere. ij. Uide vias tuas in conualle. /scito q̄d feceris. Uide iudiciū dei. Dañ. vij. Aspiciebam donec throni positi sunt Uide pmia iustoꝝ et supplicia reproborū. Isa. in fi. Egredient et videbunt ⁊c. Et inclina ad paupem Laurē tuam Eccī. iiij. Declina paupi sine tristicia aurē tuam. Uel Inclina vt q̄quid boni audieris hūiliter audias. Et obliuiscere po. r. coꝝ hoīs est q̄si ciuitas plena populo cogitationū. sepe tumultuoso. risoso. cōtentioso. Et domū patris tui id ē cohabitationē et cōsortiū peccatoꝝ. q̄ sunt domus patris tui antiq̄. s. diaboli. Unde Joh. viij. Uos ex pr̄e diabolo est. Sed talibus dat dñs potestatē filios dei fieri. quādo volunt relinq̄re peccata et consortia petōrū. Et ꝓcu. rex deco. tu vt supra de maria. De quo decore Cañ. ij. Ostende mihi faciē tuā. vsq; decora. Et hoc nō est modicū. Oīm ipe est dñs. ipe nō prior. s. diabolus est dñs nō terrenus. sed deus p creatōem tuus p recreatiōnē. Nec solū tuus. imo omniū. Unde. Et adorabūt eum oīa q̄ sunt. Phil. ij. Ut in nomine ei⁹ omne genu flectat celestiū terrestriū et inferoꝝ. K

Aliter Audi filia hoc dicit in psona pphetaꝝ et apostoloꝝ. et dicit ei q̄ttuor. Audi. vide. inclina. obliuiscere. Et his q̄ttuor puenit spūalis pulcritudo. Uñ subdit. Et ꝓcu. rex deco. tuū. Audi Jaco. i. Sit oīs hō velox ad audiendū ⁊c. Uide .i. crede et intellige. quia fides ex auditu. Ro. x. Inclina aurē .i. cū hūilitate obedi. Hec est via veniendi ad deū. Isa. lv. Inclinate aurē vestrā et venite ad me Item in hoc est vita anime. Unde ibidē sequit. Audite et viuet anima vestra. Sic excipit sapiētia. Eccl'i. in fi. Inclinaui modice aurē meā et excepi sapiētiā. Et ob liuiscere populū tuū. populū Isc babilonie. id ē cetū malorū. Iz domū patris tui .i. cōuersationē et consortiū patris tui diaboli. dicit glo. ad lr̄am etiā suos docet relinquere propter deum. et exire de domo patris. Unde Gene. xij. Egredere de terra tua. et de cognatōe tua. et de domo patrᵗ tui ⁊c. Et si ista q̄ttuor fecerᵗ. Rex .i. christus ꝓcupi. decorem tuum. Expone singula bene. Decorē .id est. dec⁹ coꝝ dis. quod in q̄ttuor p̄dictis cōsistit. Ideo nō dixit speciē vel pulcritudinē. sz decorem. Assigna qz decor interior magis deo placet q̄s exterior. Et tria dicit de ꝟ regead notādū q̄s magnū sit ꝓcupisci ab eo. Prio q Ipe ē dñs Magnū est enim L

bone ãcille si domin⁹ su⁹ cũ sit valde nobil' accipiat eã ĩ vxorẽ. Ipa etiã qđ pl⁹ẽ Deus est [in essentia. Et etiã qđ adhuc mai⁹./fiet totus tu⁹] ad faciẽdũ q̃cq̃d tibi placuerit. Quartũ./q̃ tãtus ẽ q̃ adorãt cũ hoĩes et angeli latria. Uñ seq̃t. [Et adorabunt eum.]

Maria sponsa Titulus vi.

Sponsa. [Unde maria dicit p ꝑs.] [Misit de sũmo] gaudiola carismatũ et gr̃az p gabrielẽ panymphũ. qñ dixit mihi. Aue gr̃a plena ꝛc. [Et accepit me] in spõsã. Eccl'ia etiã đr sponsa christi. q⁹ spõso celesti spũali dilectõe copulata. Dicit etiã vxor. q⁹ p gr̃am ei⁹ ad ml'tox spũaliũ filiox pcreatõez fecũdata. A

Item Marie sponse dicit Cañ. iij. Veni de libano spõsa mea ꝛc. Et đr maria sponsa christi q̃dam similitudie. Hã q̃ vult sponsam assumere. pus eligit q̃ sibi placeat. Ideo de maria canit. Elegit eã deus et pelegit eã. Et dixit illi. Tu mihi sola places. Canit etiã eccl'ia. Sola sine exẽplo placuisti dño. i. christo. Scõo sponsa ornat et purgat. qđ factũ est in scrificatõe qñ purgata est ab originali. ⁊ ornata donis spusti. et tunc cõcupiuit rex decorẽ ei⁹. Tercio cõiũcta christo p ꝟba de psenti. qñ rñdit angelo. Fiat mihi fm ꝟbũ tuum. Quarto. s. in assumptõe introducta in thalamũ spõsi. Fuit igit electa in pdestinatõe. Dũdata et ornata in scrificatõe. Copulata christo in ei⁹ ꝓceptõe. Assumpta ad thalamũ in assumptõe. B

Aliter. Maria spõsa filij. q⁹ in mrimonio solẽt fieri donatões. Uxor enĩ dat aliq̃d viro ꝓpter nuptias. et vir dotat vxorẽ. Dedit enĩ maria christo carnẽ de sua carne ĩ qua passus est. Uñ et in passiõe dixit ei. Mulier./ecce fili⁹ tuus. Ipe ꝟo dedit ei quasi duplicẽ dotẽ. Gratiã primo. Unde dicta est gr̃a plena. Et tandẽ gl'iaz in excelsis. q⁹ gr̃am. et gl'iam dabit dñs. Propter hoc in figura marie dixit lya Gene. xxx. Ditauit me de⁹ dote bona. Jõ pdictũ fuerat de ea puer. xi. Mulier gratiosa inueniet gloriam. C

De isto matrimonio exponũt q̃dam illd ꝟbũ ade Gen̄. ij. post q̃z cuigilauit ab extasi vl' somno. vbi puiderat lapsum hũani generis et modũ reparatõis. Uñ cuigilãs ꝓpherauit dicẽs. [Propter ß] [scz ꝓpter lapsum hũani generꝭ repandũ] [relinq̃t] de⁹ [hõ] factus./vl' fili⁹ carnẽ sumptur⁹ [patrẽ] in mũdũ veniẽs. quia egressus a pre. Let matrẽ]. i. synagogã de q̃ nat⁹ est fm carnẽ. [Et adherebit vxori sue]. s. eccl'ie đ gẽtibus. vel [vxori sue]. i. marie. et in ß sacramento fiet illud nouũ et mirabile. scz q [duo erũt in carne vna]. i. mater et fili⁹. virgo et christ⁹ dñs. cũ fm debitũ nature cursum tres ꝓsueuerũt esse in carne vna. s. pater et mater et filius. Ad ß facit quod ipa beata virgo dicit Cañ. vi. [Ego dilecto meo] sum parẽs singularꝭ et vnica [et dilectus me⁹ mihi] est singulariter vnie⁹ filius. D

Aliter [Propter hoc] vt supꝝ exposit ẽ [relinquet hõ patrẽ et matrẽ] Quasi pꝛez suũ reliq̃t fili⁹ dei. cũ de sinu ei⁹ ad terrã descendit. et in sinu virginis se recepit. vnde hoĩez assumpsit quẽ p spõsa sua daret. Matrẽ etiã q̃si reliq̃t./cũ affectũ mris quasi abiũciẽs. corpus qđ ex ea assumpserat p eccl'ia dedit in cruce. Quã. s. eccl'iam sibi ita vniuit. vt ipe sit caput ⁊ ipa sit corpus. Qđ figurabat./qñ q̃si dissimulans matrẽ dicebat ei de iobe. Mulier ecce fili⁹ tu⁹. Joh. xix. E

Et nota q⁹ fili⁹ vocat matrẽ suã sororẽ et sponsam. Cañ. iij. Uulnerasti cor meũ soror mea spõsa ꝛc. Quere li. v. ti. v. de pulcritudine oculox marie. Sororẽ./ꝓpter humane nature ꝓtuberniũ. Spõsam./ꝓpter incõcussam fidei cõstantiã. Cũ enim rpe passiõis fides apl'orũ ꝓcussa vacillaret./ipa velut spõsa fidelis sponso suo sine fidei titubatõe cõstanter adhesit. Ipa etiã velut sponsa spõso suo familiarioꝛ maiorẽ in bonis spõsi obtinet portõem. De ei⁹ fidelitate ꝓfidit valde spõsus. sic đr prouer. in fi. [Cõfidit in ea cor viri sui. ⁊ spolijs nõ indigebit.] q⁹ q̃scunq̃ suis oratõibus meritis et exẽplis rapit a diabolo. apponit et assignat dominio spõsi sui. Itẽ q⁹ sicut q̃cq̃d habẽt sponsus et spõsa vtriq̃ ꝓmũe est. ita q̃cq̃d habet fili⁹ habz mr ⁊ ecõuerso. Unde videt ei dicere fili⁹ illud Joh. xvij. Mea oĩa tua sunt. Et ipsa filio Luce. xv. Fili omnia mea tua sunt. Aliter tñ et aliter. q⁹ nõ a matre fili⁹. scz omnia a filio habet mater. F

Quantū aūt ꝯcupierit hāc spōsam sponsus celestis /oñdit Eccī. xxxvi. vbi dicitur. B
[Species mlieris exhilarat faciē viri sui. et supꝫ omnē ꝯcupiscētiā hoīs superducet desideriū] Species enī mlierꝭ virū potentē hūiliat. seuerū et austerꝫ emollit. Et hui⁹ mlieris speciē sic ꝯcupiuit dñs et elegit/ qꝫ ipa ei⁹ desideriū intātū superduxit qꝫ ad nr̄am infirmitatē humiliat⁹ est oīpotens. et q̄ est vita viuentiū emollitus est ad amorē. Item de hac spōsa dicit eccī. xxxvi. [Nō est vir illi⁹ fm filios hominū] Et paulo post [Adiutoriū fm illū est et colūna et reqes.]

Et vide quō hec sponsa opponit̄ ꝑme spōse. Prima. s. eua de costa viri sui formata ē. D
et de carne hui⁹ format⁹ est vir su⁹. Qd̄ petebat Eccī. xxxvi. Innoua signa et immuta mirabilia. Mirabile fuit de costa viri formare mlierē. ūmutatio mirabilis est qꝫ de carne solius mulierꝭ format⁹ est hō. Sed cū de osse viri formaret caro mulieris/ signū fuit qꝫ ꝑ mlierē infirmaret natura hūana. Facta est aūt signoꝝ innouatio cū de carne mlieris factus est vir. quo signatū est qꝫ ꝑ hanc innouatōez hūana natura ab infirmitate reuerteret ad firmitatē.

Inde etiā notādū qꝫ ꝑma spōsa facta est in adiutoriū viri/ dicēte dño. Nō est bonuz I
hominē esse solū. faciam⁹ ei adiutoriū simile sibi. Infirmū aūt adiutoriū viro mulier. Hic aūt dr. [Vir eius nō est fm filios hominū] qz nō est filius hominū. i. patris et matris. sed fili⁹ hoīs tantū. i. solā habēs matrē. et ideo oēs hoīes dignitate ꝓcellens. Et dicit adiutoriū [spōse fm illū] scz fm spōsū q̄ ē adiutoriū sponse. et colūna et firmamētū et reqes. Et tale adiutoriū est maria. quia neminē vult iuuare spōsa q̄ statim nō iuuet a sponso. et ꝑ hoc est ipa nobis adiutoriū firmamentū. columna et requies.

Notandū qꝫ desponsatōis marie multe cause assignant̄ in glosis. et sunt quedam K
literales. et quedam mistice.

Prima ponit beda qꝫ ideo desponsata est ioseph vt ꝑ eū origo marie tereret. cū essent Beda
de eadē tribu. Hec erat ꝯsuetudo scripturaꝝ qꝫ in genealogijs tererent noīa mulierū. Et supplet ℔ iohes damascen⁹. q̄ dicit mariā descendisse de dauid ꝑ mathan. Joh.
Dicit enī qꝫ mathan genuit panthera. et hic genuit barpanthera. et hic genuit ioachim patrē marie. Et in ℔ ꝯfundunt̄ illi heritici q̄ dixerūt ipam nō habuisse pr̄z vel matrē. sed carnē angelicā. et ℔ forte sumpserūt ex eo. qꝫ nō texit genealogia ei⁹. sed solius ioseph. Nō enī dixisset angelus Luē. i. elizabeth cognatā marie. nisi esset cognata eius ex parte patris vel ex parte matris. damascen⁹

Quare christ⁹ nasci voluit de ꝟgine dsponsata

Secunda causa. ne tanq̄z adultera lapidaret̄ si nō habēs virū videret̄ habere puer. Erat enī de genere sacerdotali. et cautū erat Leui. xxi. vt filia sacerdotis dephensa in adulterio siue in stupro morte puniret̄

Tercia ne temerate ꝟginis aduerteret̄ infamia. Voluit enī dñs ortus sui fidē mr̄is iniurijs astruēdā. Oportet enī sctōs habere testimoniū et ab his q̄ foris sunt. Nec decuit sinistra virginib⁹ opiniōe viuētib⁹ relatio excusatōis relinq̄. qꝫ infamata q̄ qz mater dñi videret̄. Deniq̄z q̄d iudeis q̄d herodi posset̄ ascribere. si natū et adulterio viderent̄ ꝓsecuti. Et quomodo diceret. Non veni soluere legē sz adimplere. si cepisse videret̄ a legis iniuria. cū part⁹ innupte lege dānet̄. Quinetiā marit⁹ pudoris locupletior testis adhibet̄. qui posset delere iniuriā et vindicare opprobriū si nō cognosceret̄ sacramentū.

Origen. Quarta causa est vt viri haberet solaciū iens et rediēs in egipto. sicut dicē origenes.

Quinta. qꝫ fides marie verbis maior ascisci. et mēdacij causa tolli. Videret̄ ei culpam obumbrare voluisse mēdacio. innupta ꝑgnans. Causam aūt mētiendi desponsata nō habuit. cū diuugij ꝑmiū gr̄a nuptiaꝝ partus sit femineꝰ.

Ignati⁹ Sexta causa quā ponit ignati⁹ est. qꝫ ꝓnceps mūdi videns desponsatā/ partū nō potuit habere suspectū. Fallēdi enī eum fuit dñi ꝟsiliū/ et sic fefellit eundem. Unde apostoli iubent̄ tacere de christo. Sanati de remedio. Et demones de filio dei. Dicit̄ ꝙ virgo desponsata maria/ vt expers virilis ꝟsortij videret̄. Hec moueat qꝫ a matthēo ei⁹ ꝟsus dr. Nō enī ꝟginitatis ereptio/ sed nuptiaꝝ celebratio declarat. Sz nec illō qō dicit mattheus. Nō cognoscebat eaz ioseph donec peperit filium.

Sicut enim dicit Isa.xlvi.Donec senescat ego sum.Nunqd post illoꝝ senectutē christus esse desijt.Qui causam dicit sat̄ putat qđ cause est dicere. redūdantia nō requirit.Satis enim ei est vt causam susceptā astruat.incidentē differat.Et tō q in carnatōis incorruptū sucepat mysteriū./ nō putauit vberi⁹ ꝓsequndū virginitatis marie testioniū.ne defensor magis q̄s assertor mysteriꝝ crederet. ¶Et nota q hec clausula sic intelligenda ē.L.Nō cognoscebat eā donec pepit filiū.Inō q postea cognouerit.sz istō donec ponit ꝓ et.q̄si diceret.nō cognouit ⁊ ita pepit. Uel donec ponitur ꝓ eterno.sicut ibi.Donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ. Uel donec ponit ꝓ nunq̄.sic ibi.Coruus nō est reuersus ad archā donec siccaret terra.i.nūq̄ est ē reuersus.Alij sic glosant.LDonec pepit.i.nec ante nec post.

Septia causa mystica ē.q virgo desponsata typus ē ecclie.q nos ꝓcipit ꝟgo de spiritu.parit nos virgo sine gemitu. Et tō forte beata maria alij nupta ab alio repleta est.Quia et singule ecclie ⁊ spiritu replent et gratia iungunt.tamē ad opis spem sacerdoti iungunt.sicut maria ioseph desponsata est. Unde in q̄busdā ecclesijs in vigilia natal' sacerdotes totū officiū horaꝝ agunt in typū ioseph.

Octaua causa p̄t esse vt p ß q de virgine et desponsata nat⁹ essz christus. vterq; status approbaret.⁊ vtriq; daret spes salutis.ꝺ hereticos q dicūt q ī matrimonio nō est salus.

Chryso. Bona causa ē quā ponit chrysostom⁹.Quia futurū erat vt oēs sancti de ecclia ꝟgine nascerēt.christ⁹ de desponsata ⁊ ꝟgie nat⁹ ē.ne indigni⁹ nasceret dns q̄s serui. Et nota q tria bona habuit matrimoniū istud.s.fidē.plē.⁊ sacramentū. Fidē p̄ciosā. Plē excellētissimā.sacramētū sacratissimū. Significabat enī mr̄imoniū marie et ioseph./matrimoniū illō qđ agebat in thalamo ꝟginis.s.hūane nature et diuine. Et sicut ioseph nō temerauit btām virginē.sic nec natura hūana corrupit diuinā. ĩmo sicut ioseph ꝓfecit ex maria./ita hūana natura ex diuina.

Ite Maria spōsa filij.Uñ Cañ.iij.LEgredimi filie syon.Iysqz ibi.Lin die desponsatō nis.IDies desponsatōis fuit christo dies ꝓceptōis sue.vl' natiuitat⁹ fm carnē. In

Aug⁹. vtero enī ꝟginali nupsit ei hūana natura. sicut dicit aug⁹.Uñ dictū ē in ps. Et ipe tanq̄ sponsus ꝓcedēs de thalamo suo. Poterit etiā intelligi dies desponsatōnis ip̄i⁹ brē virginis.Et hoc vult glosula q̄dam ibi sup Mat.i.LCū esset desponsata.Iangelo nūciante ꝓcepit.Uel qz illā sibi tūc sp̄aliter desponsauit.cū illi tanta se gr̄a sociauit vt de carne ei⁹ sacratissimā sibi carnē assumeret.

Maria vxor. Titulus vij.

Versus secūdus Uxor.I Figurata Gene.iij.vbi legit.Uocauit adā nomen vxoris sue cuā.eo q mater esset oīm viuentiū.Apoca.xix.LUenerūt nuptie agni.I.i.tps carnē assumēdi.LEt vxor ei⁹ ꝑparauit se.I.i.se reddidit idoneā vt de ipa carnē assumeret.LPrepauit inq̄m p libertatē arbitrij.Sed qz hoc nō sufficit sine adiutorio gr̄e.subdit.LEt datū est illi vt cooptat se bisso.I.i.castitate.Splendente.Iad alios p exemplū.Let cādido.I q ad se.et ß maxime qñ voluit virgitatē.Isa.xxxv. LGloria libani.I.i.candor ꝟgitatis.Ldecor carmeli.I.i.bona quersatio exterior.Iō de maria dicit Ecci.vi.Decor enim vite est in illa ⁊c.Uxor hec figurata ē Judic. v.vbi legit in figura marie.LBñdicta inter mlieres iahel./vxor aber cinei ⁊c.IBeata maria dicit vxor christi.Nā si oīs ania spūaliter vxor dei est.illa p̄cipue vxor dicit in quā pl⁹ ꝓtulit gratiaꝝ.Sed in ꝓtractu matrimonij ꝓsuetudo ē vt vxor det aliq̄d viro ꝓpter nuptias.⁊ vir dotet vxorē.Quid christo dederit btā ꝟgo ꝓpter nuptias. signatur in noiatōe sponsi.cū dr̄.LAber cineus.IAber interptat vulnerat⁹ vl' liuid⁹.cineus lugēs.Christ⁹ enī sumpsit in ꝟgine.et ipa ei dedit p cōsensum.naturā in q̄ vulnerat⁹ est.et liuid⁹ fact⁹.et lugens. Luxit enī ꝓpter pctā nostra.sicut dicit ad Hebre.v.vt nō solū carnis sed ⁊ anime sanguinē.s. lacrimas p nobis daret. Nam sicut vulnerata carne fluit sanguis.sic ex aīa ip̄i⁹ p ꝓassionē vulnerata fluxerūt lacrime.Et quia duplex est peccati gen⁹.aptū.s.qđ dicitur vulnus.et occultū qđ dr̄ liuor.p nobis sustinuit vulnera et liuores. Isa.liij.Vulneratus est ꝓpter peccata nr̄a.et liuore eius sanati sum⁹.Dis aūt quasi dotauit

dñs ꝟginē.primo gra.scdo gl'ia.vt supꝫ dictū est de sponsa.De ista iabele inuenīes libro.xij.particla .i.in fine ꝑmi versus de orto.vbi ortus dicit seratus.

Item de hac vxore dicit christo i ps.LUxor tua sicut vitis abundās in la.do.t.Uxor tua Scz maria Sicut vitis Ipa enī dicit se esse vitē.Un Ecci.xxiij.Ego q̄si vitis. LAbundās .in multitudine spūaliū filiorū.qz ipa est mater oīm viuentiū vita gre. LIn lateribꝫ .qz sp dilexit secretū.Uel Lin lateribꝫ dom⁹ tue .i.eccl'ie.quā ipa circūit ad ptegendū ꝫ circūitū diaboli.q̄ circuit q̄rēs quē deuorer.i.Petri in fine. B

De dilectōe hui⁹ vxoris q̄ ad virū suū dicit apl's Eph.v.Qui suā vxorē diligit.seip sum diligit.Nemo enim carnē suā odit vnq̄ꝫ ꝛc̄.

Maria vidua Titulus viij.

Seu vidua.I Designata p viduā illā euāgelicā .q̄ tm̄ duo minuta misit in gazophilatiū.Lu.xxi.que pl⁹ cūctis diuitibꝫ posuit iurta dñicā sentētiā. Unū minutū fuit eius hūilitas.que valde minutā faciebat eā in reputatōe sua.et q̄ valde minutū facit homiem seipm reputare. Un ōr angelo philadelphie Apoc.iij.Ecce dedi coram te hostiū aptū qđ nemo ꝑt claudere.qz modicā habes ꝟtutē.i.humilitatē.Talibꝫ enī aptū ē hostiū paduſi .quia hūilē spiritu suscipiet gloria.puer.xxix.Aliud minutū fides.que ꝟparat ꝟgno sinapis.Lu.xvij.Hec duo minuta posuit maria quasi i gazophilatio.qđ est christ⁹.in q̄ sunt oēs thesauri sapiētie et sciētie absconditi.Ad col'.ij.qñ dixit.Ecce ancilla dñi.Ecce ꝑmū minutuz. Fiat mihi ꝛc̄.Ecce scōm.Et bene dicta est pl⁹ oīb⁹ obtulisse.qz omnibꝫ hūlior ꝛ omnibꝫ fidelior.Et istud pl⁹ sonat in ꝑciū nō in numer.Nam dñs nō considerat q̄ntū datur ei sed ex q̄nto. Plus enī attēdit dātis charitatē.q̄s muneris q̄ntitatē. ꝛ ſm charitatis intensionē retribuit gl'iam vl' coronā.Nulla enī ꝑciosiorē deo obtulit oblationē voto virgīitatis. qđ ipa ꝑma obtulit.sicut manifeste dicit beatus bartholome⁹.Dicit etiā posuisse totū victū suū.qz in sola hūlitate gl'iabat.ꝛ ei dictū est Lu.i.Beata q̄ credidisti ꝛc̄.Per hūlitatē enim viuit aīa vita gratie. ꝛ iustus ex sua fide viuit.Abac.ij.Uel duo minuta.dupler hūlitas. A

Beatus bartholomeus

Item ꝑ viduā illā sareptenā signat maria.que pauit helyam.i.christū.iij.Regū.xvij. de cui⁹ hydria nō defecit farina.nec oleū de lechito.Designat etiā ꝑ viduā illam q̄ vasa vacua impleuit oleo.iiij.Regū.iiij.Hoc habuisti expositū libro.iiij.ti.xxij.ō misericordia et largitate marie.post mediū tituli. B

Maria mulier bona Titulus ix.

Mulier bona I Et nota qz hoc nomē mlier q̄ñq̄ꝫ sonat in serū.Joh.ij.Quid mihi et tibi est mlier.Itē Joh.xix.Mulier.ecce fili⁹ tu⁹.Et rōe sexus tm̄ dicit beata virgo mlier.Dicit etiā mlier ꝓpter fecunditatē.de q̄ dictū ē supꝫ titulo primo.qz ipa dicit mater generis hūani circa finē tituli.Itē ꝓpter debitam christo subiectōez.Un.Ecce an.do.ꝛc̄.Itē Mulier dicit ſm serū femineū.nō ſm corruptōem integritatiſ.Un ena statim vt facta est de latere viri nōdū cōtacta a viro mulier appellata ē.Un Gene.ij.Edificauit de⁹ costam i mlierē.Uel qz mulier dicit q̄si molliēs herū vel heroem.i.christū.dicit ipa mlier ꝑ anthonomasiā. Qui scz christ⁹ ante suā incarnatōem q̄si dur⁹ erat in sua diuīrate.qz nō poterat esurire vl' sitire.calefieri vl' algere.fatigari vel infirmari aut mori. Hi sunt septē defectus quos patimur in vita ꝑsenti.q̄s oēs suscepit in se christus in ꝟgine fact⁹ hō.q̄ ipsum induit carne mortali.Un fili⁹ dicit matri Job.x.Pelle et carnibꝫ vestisti me Omnes enī nostros defect⁹ sustinuit ꝑter q̄ttuor. A

Hi quattuor B

Ignorātia.Quia ipe est sapiētia patris.et oīs sapientia ab ipo ē.et cū eo fuit semp. Ecci.i.et est ante euū.Btūs bern̄.li.iij.de ꝯsideratōe.De⁹ sciēria q̄ dns est.et ipe solus nescit ignorātiā.qz totus est lux sine tenebris.tot⁹ ocul⁹ q̄ mīme vnq̄ꝫ fallit.qz mīme vnq̄ꝫ claudit.Oculi enī ei⁹ multo pl⁹ lucidiores sup solem .Ecci xxiij.Hanc autoritatē inuenies optime expositā libro.i.ca.vij.sine titulo.bn̄dict⁹ fructus ventris tui.post mediū capituli.

Bern̄.

Obliuio.Quia nihil est ei ꝑteritum.nihil futurū.sed oīa ꝑsentia.Ideo dicit moysi

Vi ḡttur/ Exodi.iij. Qui est misit me ad vos.
or \Pigricia. [Quia exultauit vt gigas ad currēdā viā] mandator patris. Uñ dicit in psal. [Cucurri in siti] .i. in desiderio qō habui de salute generis humani.
\Titillatio peccati. Quia corpus eius figuratū est in archa noe in q̄ oīa animalia fuerūt pacata. i. omnes motus sensualitatis sue.
Ante incarnatōem enī erat filiꝰ dei q̄si aurū solidū. Unde dicit spōsa Canti. v. [Caput dilecti mei] .i. eius diuinitas Laurū optimū. [Solidum autē erat. i. massiz sine aliqua humanitatis forma. In incarnatōe ꝓo a tota trinitate missum est ℔ auruz in fornacē. que fuit vterꝰ virginalis. Eccli. xliij. Fornacē custodiēs in opib ardoris ⁊c. Et ibi ineffabiliter fusum est ope spūssancti vt posset q̄si decurrere in modulos nostros. qui sunt fames. sitis. mortalitas. passibilitas. vt supra. Et formas accepit siue characteres nature hūane. Job. xxviij. [Auro locus est in q̄ ꝓflat] scz vterus virginis. cōflatoꝛ spūssanctus. L
Alio etiā modo emolliuit beata virgo filiū dei q̄ quasi durus erat antecq̄ incarnaret. qꝛ offensus humano generi ꝓpter peccatū ade. Uñ q̄si iratus totū genus hūanum trudebat in infernū. Uñ dicit ei iob. xxx. in ꝑsona generis hūani. Mutatus es mihi in crudelē. ⁊ in duricia manus tue aduersaris mihi. Btā autē virgo ipm factū hominē emolliuit et placauit. et genus humanū ei recōciliauit. Unde et in partu eiꝰ cantatū est ab angel'. Pax hominib' bone volūtatis. Propter ℔ etiā ipe christus in euāgelio multo crebriꝰ se appellat filiū hominis. i. beate virginis. q̄ℓ filiū dei. quia emollitꝰ est p eam. Et in hoc etiā ꝓmēdat nobis q̄d mificorditer dignatus sit esse p nobis. Adapta exemplū de rinocerōte infra ti. x. q. maria virgo.
In hoc etiā cōfundit supbiā nostrā. q̄ semp numeramꝰ genus nostrū a digniozi q̄ ad seculū. sicut fecit mulꝰ in cōuentu animaliū. dicens se esse nepotē equi. nec volēs recognoscere q̄ esset filiꝰ asini. Sil'r et nos gloriamur de parētela nobili. et nō lo q̄mur de rusticana.
Itē aliter. Maria intantū molliuit dñm et adhuc emollit meritis et ꝓcib suis. vt nūc maiora peccata patiēter tolerer. q̄ quondā minoza durissime vindicabat. Constat enim q̄ multo gui' peccant moderni sodomite vl' luxurioſi. q̄ℓ peccauerūt antiq̄ q̄ attrociter sunt puniti. Necdū enim nata erat beata virgo. necdū verbū caro factū. Unde tūc longe inferioꝛ et indignioꝛ fuit natura hūana. q̄ℓ modo sit. Nam christus eā assumēs et sibi vniēs maximā ei cōtulit dignitatē. Uñ Sapie. vij. dicit natura humana de sapiētia incarnata. Uenerūt mihi omnia bona pariter cū illa. ⁊ innumerabil' honestas p manus illiꝰ. i. dona gratiaꝝ. Unde matri et filio maxime iuriant. feditate carnaliū viciozum seipos polluentes. Sed q̄nto nūc eis diutius et misericordiꝰ pepcerit. tāto districtiꝰ et immisericordiꝰ in ipos tandē vindicabit. Uñ. ij. Pe. ij. Nouit deꝰ pios de tēptatōe eripe. iniquos vero i die iudicij reseruare cruciādos. magis autē eos qui post carnē in ꝓcupiscentiā immūdicie ambulāt ⁊c. Canonica iude. i. [Sodoma et gomorra et finitime ciuitates exfornicate] .i. extra naturā fornicate. Let abeuntes post carnē alterā] .i. cōcubitui nō debitā [facte sunt exemplū ignis eterni penā sustinentes. Similiter et hi q̄ carnē maculāt ⁊c.] D
Item norandū q̄ eua q̄ fuit mulier infirma intantū deū exaspauit et q̄si dux fecit. q̄ q̄si oblitus est mificordie sue erga naturā humanā. Maria vero que fuit mulier fortis intātū deū hominē factū emolliuit. q̄ fere oblitus est punitōis et vindicte erga hominē. quē vt ad eū a quo p peccatū recesserat filius reduceret. ipm filium formauit vel creauit pater ex vtero virginis seruū sibi. Isa. xlix. Unde dic Isa. xlv. [Ego dñs creaui eū] hominē scz. Uere enim eua fuit mulier infirma. q̄ statim infirmata est ad primū verbū diaboli Gene. iij. dicens. Ne forte moriamur. Uirū etiā suū emolliuit. porrigēs illi mortiferū gustū pomi. Et hec mollitio designata est p hoc q̄ de osse viri formata ē mlier. sicut habuisti supꝛ ti. vi. q̄ maria spōsa. Maria vero mulier fortis corroborata est ad verbū angeli. Odō apparuit. q̄ñ dixit. Uirū nō cognosco. Et q̄ñ ex mliere. s. ex virgine formatus est vir. i. christꝰ. ꝓsolidata est natura hūana etiā in vtroq̄ sexu. Oportebat enī vt de mliere salꝰ ꝓcederet. vt E

nominãs se ancillã. et hoc cõsummata ẽ ꝛ facta luna plena. quia in ℔ verbo ꝺcepit filiũ dei. Ideo paulo post subdit. ⌊Crescens mirabiliter in ꝺsũmatõe. ⌋Interponitur autẽ ⌊Mensis est ℈m nomen eius⌋ Nomen eius est maria. et interꝓtat illuminatrix. ꝗa illuminat dies nros et opa nostra. Mensis igit est dierũ et opũ nostrorũ pfectio. et hic mensis sic illuminat ab ea ꝙ est mẽsis et mense. Luna materialit facit mẽsem post mẽsem. Sed ista luna facit mensem et mẽse. ꝗa et pfectõe bonorũ opũ ad quã nos illuminat meritis ꝛ ereplis. erit mensis. i. pfectio ꝑmioꝝ. Unde Isa. in fi. Erit mẽsis et mense. ꝛ sabbatũ et sabbato. Legim⁹ de sabbato ꝙ dominus reꝙeuit ab omni opere qđ patrarat. Bene. ij. Sed et illo nõ fit nobis sabbatũ. nec et illa reꝙe reꝙes. Sed beata virgo dicit. Qui creauit me reꝙeuit in tabernaculo meo. Et et isto est nobis sabbatũ. Et bene dicit ⌊mensis ℈m nomẽ ei⁹⌋ quia ℈m illuminatõem ꝙ nos illustrat erit in nobis pfectio operũ si secuti fuerim⁹ exempla illius.

Itẽ Luna cũ ꝑmo illuminat dicit a philosophis dycothomos. a dya qđ ẽ duo. et thomos qđ est diuisio. ꝗa tũc apparet cornuculata. cui⁹ duo cornua dei et ꝑmi dilectio. vel ℈ginitas et maternitas. ꝙ in ea simul ꝓuenerunt. Diuisa fuit a ceteris ꝙñ ab angelo salutata ꝑ ceteris. Uel poti⁹ sicut dicit mãducator. maria designat ꝑ mare rubrũ. quod diuisũ est in diuisiões duas oppositas. Una votũ ℈ginitatis. altera cõsensus ꝺiugij qđ cõtraxit. Que duo summe inuicẽ ꝓtraria. Mandu catoꝛ D

Item Luna noua bicornis apparet ꝛ ꝙsi habens similitudinẽ nauis. Quia maria nauis est ꝙ deducit amicos suos in portũ volũtatis eorũ. Et ꝗa luna videt quasi nauis. signũ ẽ ꝙ portat amicos suos sursum. ℔ est in celũ. Unde. i. a ꝙ celo eisdẽ quasi nauis apportat ꝗcꝗd ẽ necessariũ. Propter hoc de hac luna. i. maria dicit. Facta est quasi nauis ꝛc. P

Apparet etiã noua luna ꝙsi habens formã nouacule. ꝗa dñs ꝙntũ in se est ĩ ereplis marie ꝙsi in ꝙdam nouacula resecat et tollit a nobis omnẽ superfluitatẽ. vt de ℔ possit exponi illud Isa. vij. ⌊In die illa⌋ i. in infusiõe gre. ⌊radet dñs⌋ misterio hui⁹ nouacule ⌊in nouacula ꝺducta⌋ gallice afilee vt ꝗdam volũt ⌊in his ꝙ trãs flumen sunt⌋ i. ꝙ addo⁹ sauerũt flurũ delicias carnaliũ et diuitiarũ mũdialiũ ⌊caput⌋ i. superfluas cogitatões ꝓcedẽtes de mẽte que ẽ caput aie. ⌊Et pilos pedũ⌋ i. motus illicitos et prauas affectões. ⌊et barbã vniuersã⌋ i. oẽs ꝑsũptões de virilitate ꝓpa. O

Item luna

Quãdo crescit dicit amphicircos. ab amphi qđ est circũ. ꝛ circos qđ est circul⁹. ꝗa nõdũ tota illuminata circulo ꝗdam claritatis est ambita. sic ipa in spũsctõ obumbratõe dono speciali ad sui custodiã circũdata. Ite luna R

Quãdo plena. panselenos a pan qđ ẽ totũ. et sele qđ est splẽdor. et nicos qđ ẽ nox. ꝙsi tota splẽdens nocte. Cum eni filius incarnat⁹ ẽ in ea. tũc in se suscepit pfectum lumen sapiẽtie. ꝙ mũdi illumiauit cecitatẽ. ꝛ aliaꝝ stellaꝝ. i. sanctoꝝ obscurauit claritatẽ. ad cui⁹ ꝓparatõem paꝝ lucẽt. Tũc tamẽ habuit hec luna nubeculã. nõ culpe sed pene. Uel ꝑ dici ꝙ ereplo filij peccata aliorũ sua dicebat. ꝙ dicit. Lõge a salute mea ℔ba delictorũ meorũ. Sic et ipa ꝑ hũilitatẽ attribuebat sibi maculã docẽs alios vt dicerẽt. Si dixerim⁹ qz peccatũ nõ habemus ꝛc. Ul' potest dici ꝙ fuit ꝙsi semiplena in sanctificatõne. plena in natiuitate. plenior in filij cõceptõe. plenissima in assumptõe.

Luna ecclesia

Una eccl'ia. Luna est corpus globosum. sicut ꝗdã dicũt. cui⁹ medietas obscura ẽ et medietas lumiosa. Et ꝙñ pars lumiosa ad nos ℈tur. tũc nobis incipit apparere donec tota videat. Et dũ itez ꝓuertit. obscura pars incipit apparere. donec auferat a nobis tota pars luminosa. Dec ẽ eccl'ia. ꝙ ex carnali parte obscura ẽ. ex spirituali luminosa. et hec pars quãdoqz homiby latet et ꝙnqz eis patz. sed soli deo nota est. Alij dicunt ꝙ luna nõ habet lumen nisi a sole. sed soli ꝓpiqua nõ illuminat a parte nostra. et ideo nõ apparet. quãdo vero recedit nobis cornuculata incipit apparere. Et hoc bene cõpetit eccl'esie. que totũ lumen habet a sole iusticie. Et tripliciter obscurat. ꝑ eclypsim. ꝑ iterpositionẽ nubiũ. et finitz mẽsurnis S

decursib⁹. Sic ecclesia tpe psecutorū cruenta. fraude hereticoꝝ rubiginosa. corruptōe falsorū fratrū lurosa.

Maria sidus Titulus v.

SIdus ⁊quod dicit a ꝓsiderādo. ḋa stella maris que signat mariā.

Maria orizon Titulus vi.

ORizon ⁊ qđ sicut ḋam dicūt interptāt finitor visus. Et dicūt q⁹ orizon visus corpalis est circularis illa circūferētia vbi ex defectu visus hūani celum terre ꝓiūgi videt. Orizon aūt visus spūalis est vbi celsitudo diuitatis ad suscipiendā hūanā naturā inclinat. Sicut enim ibi deficit visus corpalis. similiter ⁊ hic mens hūana cape nō potest quō diuitas et hūanitas in vnā psonā vnite sūt in vtero virginali. Christus ei finis est desideriꝝ nostri. ḋa ipo habito nihil vltra q̄rendū. nec citra finē istū visus nostre mentis ꝓsistere debet. ne mūdanis affectibus. vel ḋbuscūq⁹ illicitis desideriis a creatoris sui ꝓemplatōe repellat.

Maria lucifer Titulus vij.

Versus secūdus

LUcifer ⁊ Maria dicit lucifer. Primo. quia tulit in se verā lucē. i. christū. ḋ ē dei sapiētia. Inde lucifer. q̄si ferēs lucē. Secō. ḋa illumīauit nebulosa legis et ꝓphetaꝝ. pariēdo christū quē ꝓphete obscure p̄dixerāt. ḋa tenebrosa aq̄ i nubib⁹ aeris. i. obscura scientia in ꝓphetis. Inde dicit lucifer q̄si lucē cecis ferens. Tercio. ḋa tulit in se lucē. i. gr̄e abundantiā. de cui⁹ plenitudine oēs accepim⁹. Inde dicit lucifer q̄si luce fertilis. ḋa vita eius gl'iosa lucē dedit seculo. De isto lucifero canit eccl'ia in natiuitate ei⁹. Orit vt lucifer inter astra etherea ⁊c. Itē de ℔ lucifero potest exponi illud Job. xxxviij. vbi dñs loq̄tur ad iob dicēs. Nunq̄d ꝓduces lucifer⁹ in tpe suo ⁊ i. in tpe gratie. Et hoc quod dñs dicit ad iob. Nunq̄d ꝓduces lucifer⁹ ⁊c. est ac si diceret. Nō tu. sed ego. Itē bene maria ꝓpat lucifero. ḋa sicut lucifer p̄minet ceteris stellis i claritate. sic maria sanctorū ordinib⁹ vniuersis i dignitate. Dicit aūt lucifer grece fosforos. a fos qđ est lux. et oros qđ est visio. Alia de hoc lucifero habuisti libro. i. ca. iij. titulo q⁹ ipa stella.

Maria aurora Titulus viij.

AUrora ⁊ Gallice alba ab albedine. quia tota candida int⁹ et exteri⁹. p̄ sanctimoniā carnis ⁊ spūs. Unde et lilio ꝓparat Cant. ij.

Maria aurora

Isidor⁹ Latine aurora ab auro. hoc est a splēdore. sm isidorū. ḋa tota fulgida intus et exterius. Uel ideo dicta ē ab auro. ḋa i se habuit tripliciter aurū. Aurū mūdū virginee puritatis. Apoca. xxi. Ipa ciuitas aurū mundū ⁊c. Aurū ignitū feruētissime charitatis. Apoca. iij. dicit angelo laodicie. Suadeo tibi emere a me aurū ignitū. Aurū optimū sapiētie a sapore. quia gustauit et vidit ⁊c. Ecc̄. ij. Aurum terre cuilatb optimū est.

Isidor⁹ Quasi aurea hora. iuxta isidorū. ḋa adduxit etatē aureā. i. tps gr̄ie. Uñ ei conuenit qđ dicitur de saturno. Aurea p cūctas disponens secula terras.

Ab aura. i. gr̄a et flatu spūssancti. qua pfata est in sanctificatōe ⁊ sp deiceps. Unde canti. iiij. Ueni auster pfla ortū meū ⁊ i. mariā. dicit spiritussancto.

Quasi aura rorans. Nā p̄cibus et meritis ei⁹ p̄cipim⁹ aurā. i. refrigeriū et rorē gr̄tie ꝓtra incentiua viciorū. Ipa est enī aura illa ꝺ qua dicit eliphat Job. iij. Uocem quasi aure lenis audiui ⁊ Maria sic̄dem dicit Laura ⁊ ꝓpter refrigeriū gratie quā infundit diligentib⁹ se. Lenis ⁊ ꝓpter multitudinē benignitatis sue.

Maria aurora

Quasi hora roris. quia in ꝓceptu suo descendit in eā filius dei q̄si ros. Uñ dic̄ Osee xiiij. Ero quasi ros. et israel ⁊ i. maria Germinabit q̄si liliū ⁊ Libro. xij. ptic̄la. v. de his que a supiori descēderūt in ortū conclusū. titulo. xiij. Ipa est enī concha illa quam gedeon. i. christ⁹ implenit roze exp̄sso de vellere Judic. vi. et de illa pleni-

tudine quã contulit matri oẽs accepim⁹ gr̃am p gr̃a. Job. i. Adhuc etiã nõ cessat ipa corda cõcaua per humilitatẽ roze gratie adimplere. Christus etiã q̃ dicit ros. venit p virginem in coz humanũ.

Ab aure. q̃a cõcepit p aurẽ. Unde dicit Can. v. Dilectus me⁹ i. de⁹ pater Imisit in me manũ suã i. filiũ p foramẽ auris mee. Ideo canit ei eccl'ia. Concepisti per aurẽ dominũ nostz. vt benedicta dicaris inter oẽs mulieres ⁊c. Per aurẽ i. per fidem dictoz̃. q̃a fides ex auditu. Ro. x.

Quasi auiũ hoza. que tũc incipiũt modulari voces suas in laudib⁹ matris ⁊ filij. Aues iste viri spũales qui sunt aues mũdi. Aues celi sunt angeli. q̃ coz̃diter laudant eã. Unã. Te laudãt angeli ⁊c. Unã et potest dicere cũ filio q̃ dic̃ Job. xxxviij. Cũ me laudarẽt simul astra matutina. et iubilarẽt oẽs filij dei. Facit etiã obmutescere aues nocturnas. i. hereticos. qz p eã obstructũ est os loq̃ntium iniqua.

Quasi auiũ oza aperiẽs. Aues aie fideles volantes pẽnis virtutũ. quarũ cuersatio in supnis. quaz oza aperit ad laudes suas et filij. et ad gratiaz actõez iugiter dño psoluendã de bñficijs incarnatõis et passionis sue. Unde. ij. ad Chor. ix. Gratias deo sup inenarrabili dono eius.

Item aurora B

Avigilib⁹ a longe p̃nunciat. Hã ab eterno p̃ordinata ẽ in officiũ salutis hũane. sic ipa dicit puer. viij. Ab eterno ordinata sum ⁊ ex antiq̃s anteq̃z terra fieret. Prefigurata est etiã in factis patriarchaz. et p̃nũciata oraculis pphetarũ.

Noctẽ finit ⁊ diẽ inchoat. Fuit enĩ finis legis et inchoatio gratie. Nox enĩ quedã lõga admodũ ab eua fluxit vsq̃z ad mariã. quã finiuit ipa maria ĩ oztu suo. Et hec fuit nox illa solitaria nec laude digna Job. iij. que licet obscura. suis tñ vigilijs q̃ si quibusdã fulgoz̃ib⁹ distinguebat. Prima vigilia. illuminatio occulte inspiratõnis. Hec fuit obseruata tp̃ib⁹ noe et abzaham. q̃ occulta inspiratõe aliq̃d figurati uum de ea intellexerũt. Secũda. eruditio legalis. hec tẽpoze moysi ⁊ illoz̃ũ qui p legẽ instructi sunt. Tercia. certitudo pphetice p̃nunciatiõis. hec tẽpoze pphetaz̃. Quarta. vehemẽs sanctoz̃ desideriũ de pmissiõe facta a dño adimplenda. Hanc habuerũt symeon elizabeth et anna. q̃ velut in puncto iã erũpentis auroze cõstituti. nõ solum ipam sed et filiũ suũ videre ardẽtissime gestiebãt. Has itaq̃z vigilias obseruauerũt sancti ab initio. si quãdo hãc auorzã aspicerẽt. sicubi appareret. si vsq̃z sui pferret ĩdicia. q̃a hãc et reb⁹ mystic⁹ p̃figurata ⁊ pphetijs pmissã itelligebãt.

Aliter. Ipa intermiauit noctẽ triplicẽ. s. noctem legis q̃ erat obscura figuris. Noctẽ ignoz̃ãtie. Et noctẽ culpe. Inchoauit autẽ lucẽ noui testamẽti ⁊ noctẽ legis. Illũ peperit q̃ manifestauit veritatẽ ⁊ noctẽ ignoz̃ãtie. ⁊ lucẽ gr̃e ⁊ noctẽ culpe adduxit. Tenebris etiã malicie et miserie finẽ adesse nũciauit. C

Aliter. Per eua nox p̃cessit. q̃a a muliere initiũ factũ est peccati. Eccl. xxv. Per mariam dies appzopinq̃uit. Ad roma. xiij. Sed nato sole iusticie de hac aurora. plenarie diuise sunt tenebre a luce. sicut dicit Bene. i. Tenebrosa etiã erat scriptura. iuxta illud ps. Ltenebrosa aq̃ in nubibus aeris. q̃a obscura erat sciẽtia in pphetis. Sed sicut aduenieẽte sole q̃ q̃si nascitur de aurora recedũt tenebre. Sic nascente christo de ẏgie recesserũt tenebre sc̃pturaz̃. Eccl. xliij. Apti sũt thesauri. et euolauerũt nebule sicut aues. Propterea dicebat Job. xxxi. Quis mihi tribuat adiutoz̃em. vt desideriũ meũ ꝺpleat oĩpotens. ⁊ librũ scribat ipe q̃ iudicat. D

De tenebris videt pcedere. et postmodũ q̃si pariẽdo pducere solẽ. Sic bta ẏgo pcessit ex antiq̃s patrib⁹ q̃ in tenebris pctoz̃ũ et in caligine ignoz̃ãtie ⁊ sub vmbra legis erãt. ⁊ ipa velut aurora nobis peperit verũ solem. E

In oztu auroze q̃ãmodo nox lucida ⁊ dies videt obscura. q̃a maria nascẽte q̃si q̃dam aurora surrexit. et hũana fragilitas in ea lucida fuit p gratiam. et dies eter⁹. i. christus obscurat⁹ est ĩ ea p hũanitatẽ assumptã. cui dicit Isa. xlv. Uere tu es deus absconditus. i. s. sub nubilo nostre carnis.

Diuisa a tenebris lucẽ diuidit a tenebris. Quod figuratũ est Gen. i. vbi oz. In pncipio. i. s. restauratõis hũane creauit deus. cui⁹ maria opus est speciale. Unde dic̃ F

ei ps. ¶ Tu fabricatus es aurorã ¶ i. mariã ¶ et ¶ ler ea ¶ solẽ iusticie ¶ celũ et terram ¶ id ẽ. aiam et corpus marie. Sed hec ¶ terra erat inanis et vacua ¶ ante gram scrifi catois ¶ et erãt tenebre sup faciẽ abyssi ¶ quia cõcepta est in originali ¶ Et dixit de⁹ ¶ qsi pdestinãdo ¶ Fiat lux. Et facta est lux ¶ quãdo eam sanctificauit. Et de illa lu ce fm opinionẽ quorũdam factũ est corpus solis. Darime aũt facta est lux i cõ ceptõe saluatoris. filio dei q̃ est lux eterna. ꝓuerso ad eã. De q̃ cõuersiõe ipa dicit ¶ anti. vij. ¶ Ego dilecto meo. et ad me conuersio eius. ¶ Sicut luna illuminat. ꝺ so le ad eam conuerso.

Diuidit lucem a tenebris. ꝛc ß tripliciter. quia suis oõibꝫ et exẽplis pdestinatos se parat a vicijs. q̃bus ꝺr ad eph. v. Fuistis aliq̃n tenebre. nũc autẽ lux in dño. An tiq̃ etiã pfes p eã de limbo fũt extracti. q̃by se ꝺnũerãs dicebat Job. xvij. In tene bris strauí lectulũ meũ ¶ Et populus q̃ ambulabat i tenebris ¶ p eã ¶ vidit lucẽ ma gnã ¶ Isa. ix. Scriptura etiã sacra q̃ est lux. ꝓseruat ab hereticis tenebrosis.

Prima claritas dei. Nam ipa fuit initiũ diei gtie. que. s. dies incepit a sctificatõne eius. Et ideo ꝺr ¶ Lauroza ꝺsurgẽs ¶ in plenã claritatẽ diei. Propter ß etiã dicit de christo Bap. xvi. Oportet puenire solẽ ad bñdictõem ꝛc. ad ortũ lucis adorare re. Recte maria dicit oriẽs lucis. nam ex ea ortus ẽ christus q̃ ẽ lux mũdi. Johã. viij. Per hanc aurorã solẽ puenit. q̃ matris intercessiõe filiũ sibi ꝓpiciũ reddit. Ad orientẽ lucis adorat. q̃ matri obseq̃ndo irã filij mitigat.

Partim obscura. partim lucida. Obscura p originale quo ad natiuitatẽ i vtero. Lu cida p natiuitatẽ ex vtero cũ sanctificatõe. Uel ideo partim. ꝙ tantã nõ habuit cla ritatẽ in natiuitate q̃ntã postea in gratie plenitudie. In spũsancti supuentõe. In filij dei conceptõe.

De tenebris nascit. s. synagoge. quia sicut spina rosam genuit iudea mariã. Et ortũ solis puenit ortu suo. licet illumineť a sole post eã surrecturo. Precessit enĩ ei⁹ na tiuitas hũanam christi natiuitatẽ. sed a diuinitate totũ suscepit splendorẽ. Vñ. ij. Regũ. xxij. Sicut lux auroze oriẽte sole mane absq̃ nubibꝫ rutilat ꝛc. Ideo vide tur dicere illud Joh. i. Qui post me venit ante me factus ẽ ꝛc. Propter ß canit ei ecclesia. Genuisti cũ q̃ te fecit et in eternũ ꝛc. Btus maximus. Sic ꝺ ipe ẽ autor marie qui ortus est ex maria. Ad hoc designãdũ postq̃ dixit angel⁹ ad iacob. Ldi mitte me. iam enĩ ascẽdit auroza ¶ seq̃tur in textu paulo post Lozt⁹ est ei sol postq̃ trãsgressus est phanuel ¶ Gen. xxxij. Hystice. Sicut auroza solẽ anteuenit. sic ma ria imaginẽ filij nasciturí ex ea nobis in ꝓtutibꝫ q̃si repsentauit.

Beatus maxim⁹

Lucide nubis interiectu lumẽ incircũscriptũ mortaliũ oculis ostẽdit. Nubes luci da. christi caro purissima.

Ad lram existentibꝫ iurta mare citi⁹ apparet q̃s existẽtibꝫ iter mõtes. Per mare ama ritudo penitẽtie et tribulationũ. Jurta est enĩ hec dña his q̃ tribulato sunt corde. Dicit etiã de amatore suo. Cũ ipo sum in tribulatõe. Per mõtes supbia ꝛ opulen tia. ꝙ quorũ tumor et plenitudo infusa repellũt. Et intellige de apparitõe q̃ est p in fusionẽ gratie et misericordie.

Item au rora

Media inter noctẽ et diẽ. Dies christus. nox peccator. Sicut enĩ fili⁹ ẽ mediator inter deũ et hoiem. ꝙ sic mater iter filiũ et pctõrẽ. Qõ apparuit in passiõe. Quere li bro. ij. particula. i. causa. xvij.

Sicut impossibile est de tenebris noctis venire ad lucẽ nisi mediãte aurora. ꝙ sic im possibile est de tenebris viciorũ venire ad lucẽ gre et virtutũ. nisi mediãte intercessione marie.

Aug⁹.

Consurgens singulis reb⁹ reddit colores ꝓprios. q̃a denocte omnia q̃si vni⁹ coloris sunt. Nox enĩ vt dicit aug⁹. q̃ dãmodo ausert oculos mũdo. auroza restituit. Nam in ei⁹ natiuitate meliorata sunt oĩa. et ipa ẽ q̃si forma et modul⁹ toti⁹ bonitatis. Forma enĩ fuit penitẽtiũ. ꝙ stãs iurta filij crucẽ. Forma actiuoꝝ. ꝙ mistrãs elizabeth parienti. Forma ꝺrẽplatiuoꝝ. ꝙ colloq̃ns cũ gabele. et cũ aplis et sanctis m'lieribꝫ in orõe pseuerãs. Act. i. Repit etiã christũ q̃ ad ß venit i mũdũ vt suã reparet imagi nẽ in aiabꝫ nostris p q̃dam veterẽ deformatã.

Maria figuratur per superiora

Rozē adducit q̄ terrena scētia nutriunt. Attulit enī rozē totī⁹ spiritual' fecunditat' ℣ vniuerse benedictōis. quo nutrit' et coalescit omne spirituale bonū. Et ideo dicit' auroza quasi hoza rozis. vt supza.

Quidi⁹ In auroza flozes p̄us clausi expandūt folia sua. Unde ouidi⁹. Ecce vigil nitido patefecit ab ortu Purpureas auroza fozes. ℣ plena rosaz atria. Flozes isti sunt sancti qui q̄si p̄us clausi in botro. ipa nascēte apti et expāsi sunt. Ipa sic̄dē fuit q̄si p̄mū liliū p votū ℣ginitat'. filius su⁹ q̄si p̄ma rosa noui testamēti p passionē cruc'. Ideo dicit filio ipa. Innocētes et recti adheserūt mihi. ḡa sustinui te. Ideo etiaz ℣ginibꝫ dr Eccl̄i. xxiv. Frōdete flozes q̄si liliū. i. ad marie exemplū.

Itē auroza illucescēte colligebat māna a filiis israel in deserto Exo. xvi. ḡa ipa ītercedente ī deserto hui⁹ mūdi impetrat' celestis gr̄e refectio. ℣ ipa purificāte nos p penitentiā q̄ significat' p desertū. digne sumimus corpus christi.

Itē dicit' Lauroza rutilās. que est signū pluuie. ℣ p ipam habuit mūd⁹ plenitudinez gratie. Unde de ea dicit' Osee. vi. Quasi diluculū p̄parat⁹ est egressus ei⁹. ℣ veni et nobis q̄si imber tpaneus zc̄. Quere paulo infra. titulo. ix.

Fugat fures illos de quib⁹ dicit' Job. xxiv. Si subito apparuerit auroza. arbitrāt' K vmbrā mortis. Fures isti demōes. q̄ furant' thesauros bone opatōis. Uiciū q̄libz q̄ furat' thesauz opposite sibi ℣tutis. Superbia. q̄ furat' thesauros cuiuslibet ℣tutis. sicut dicit gregori⁹. Hereticus. q̄ thesauz recte fidei. De q̄libet hmōi fure dicit' Job. x. Fur nō venit nisi vt furetur zc̄. Grego.

Releuat infirmitates corpales. et maria lāgores aiaz. Hā añ ortū ipi⁹ p euā tot⁹ ī firmabat' mūd⁹. ita q̄ a plāta pedis vsq; ad ℣ticē capitꝫ nō erat ī eo sanitas. Isa. i.

Mūdas aues excitat ad cantādū ℣ ad laudes creatoris. sic̄ patet in alauda. Uñ et dicit' auroza q̄si auiū oza apiens. vt sup̄. Tūc enī exhilarāt' volucres et dulcit' modulant'. i. viri spūales q̄ in ortu et de ortu virgis ꝯcorditer cecinerunt. De q̄b dicitur. De medio petraz. i. duoz testamentoz. dabūt voces. Tūc enī ceperūt intelligi oracula ꝓphetaz. Ideo canit ei ecclesia. Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudium annūciauit in vniuerso mundo.

Nocturnas aues cōuertit in fugā. Hi sunt heretici. Hā q̄ male agit odit lucē. Johan. iij. Quia maria mediāte filio cūctas hereses interemit. Et p eā obstructū ē os loq̄ntiū iniq̄. Uel nocturne aues fantastice cogitatōes et p̄ue affectōes. L

Terminū ponit sopori. Inducat p̄ncipiū opi. Indiciū est sereni. Terminū sopori. quia tūc surgūt oparij viatores et pegrini. p ipam enī data ē gr̄a meritozie operādi. patefacta est via padisi. dat' facultas ad supnā hierusalē reuertendi. cū añ eam omnes descēderēt in babiloniā iferni. vbi null⁹ ordo sed eterna ꝓfusio. Moraliter Terminus soporis refert' ad penitētiā. Unde. Surge q̄ dormis. Principiū operis ad actiuā. Indiciū sereni ad ꝓtemplatiuā.

Hec est auroza de qua dictū est iacob ab angelo cū q̄ luctabat' Gen. xxxij. Dimitte D me. iā enī ascēdit auroza. Angel⁹ hic de⁹ pater. Jacob figurat sctōs p̄res q̄ sub veteri testamento p̄aby et lacrimis q̄si duoby brachijs. sic̄ tangit' Osee. xij. vbi agit' d lucta iacob. nitebant' extorq̄re a deo incarnatōez vnigeniti sui. quoz cetui rnd̄et. q̄si in ortu marie. Dimitte me. iā enī ascēdit auroza. Jq̄si cesset iā instātia vr̄i luctaminis. Quia iā ascendit auroza. i. lux illa nascit' q̄ vobis pariet vez solē. Sed respōdet iacob. Nō dimittā te nisi bñdixeris mihi. ḡa nō debēt cessare desideria et instantia sctōrū donec benedictōez receperint. et donec iacob. i. luctator fiat israel. i. videns deū in patria. et donec possit dicere. Uidi dñm facie ad faciē. et salua facta est aīa mea. Et nota q̄ post q̄s iacob transgressus ē phanuel. ortꝰ ē ei sol. Phanuel interp̄tat' ꝓtemplās deū. Ille g̃ trāsgredit' phanuel. q̄ illos trāsgredit' q̄ fide deū ꝓtemplant'. vt ipi sic oriat' sol q̄ deū videat etiā oculo corpali.

Aliter. vt p angelū signet' christus. qui forsitan data nobis matre videt' dicere se oran H tī. Dimitte me. iā enī ascēdit auroza. Quasi dicat. Jam nō pulses ad me p̄mo loco. sed vade ad matrē meā. Sicut aliās rex inuenis ad honorē mr̄is sue regine remittit ad eā negocia regni. Et ℔ apparuit ī nuptijs Joh. ij. vbi p⁹ ministri venisse

credūt ad matrē et ipa ad filiū. Ideo forte dirigit sermo ille Sap. xvi. ad patrem. Oportet pūenire solē .i. pri⁹ venire ad mariā q̄s ad solē iusticie Lad bñdictōnem tuā Lobtinēdā Let ad ortū lucis adorare te .i. gras agere de ortu marie p quā illuminatus ē mūdus. Moraliter Oportet pūenire bñ opando Lsolē .i. dē iudicij. vbi oia manifestabūt Lad bñdictiōem tuā Lhabēdā. illā de qua Mat. xxv. Venite bñdicti ⁊c. Et ad ortū luc⁹ adorare te .i. credere natiuitatē christi. in cui⁹ natiuitate manifestata sunt oia q̄ dicta sunt p pphetas. Et nota q⁹ cū angel⁹ diceret iacob verbū istud Ldimitte me ⁊c. Tetigit neruū femoris ei⁹. ⁊ statim emarcuit. In femore designat generatio. Nata enī beata ⁊gine mutat⁹ ē mod⁹ generatōis hūane, q̄ erat de viro et muliere. quia filiū genuit sine virili opere.

Item de hac aurora dr Job. xxxviij. Nūq̄d post ortū tuū pcepisti diluculo. et oñdisti auroze locū suū. Et in hac autoritate tangit vtraq; generatio. s. christi et virgis. Precepit enī dns diluculo .i. beate virgini ⁊ illuxit Lostendit aurore .i. beate ⁊gini Locū suū Videlicet vt termīaret tenebras ⁊ inchoaret lucē. Q, añt dr Lpost ortū tuū Iqsi negatiue ponit. Quod si de ortu iob intelligat planū est. Si autē sic ītelligat. Nunq̄d post ortū ⁊c. Jac si dicat. Non tu h̄ fecisti post ortū tuū. sed ego fec⁹ post ortū meū. Et h̄ intelligit de natiuitate eterna. Et hec dictio post nō notat finē illius natiuitatis sz pfectionē. Natiuitas enim filij de patre sp est pfecta. nūq̄s est pterita vl futura. q⁹ sp filius nascit de patre. cū illa generatio sit eterna.

Item de hac aurora dr Job. iij. vbi loq̄tur de iudeo q̄ est mēbr⁹ diaboli. q̄ diabol⁹ sig nificat p noctē. cū dr Nocte illā tenebrosus turbo possideat Et subdit d iudeo. Expectet lucē ⁊ nō videat nec ortū surgentis auroze. Expectabat enī iude⁹ suus messyā. ⁊ illā lucem nō vidit. nec aurorā surgentē.

Item de hac aurora dr canti. vi. Que est ista q̄ pgredit q̄si aurora psurgēs ⁊c. Na tiuitas enim virgis ⁊ ort⁹ auroze ꝓgrua et grā sibi similitudine ꝓpanit. sicut assignatū est sup multiplici rōe. Et est hec vox spūssancti. sicut dicit hieronym⁹. admirātis .i. admirātes angelos sanctos faciētis. Qui cū essent insueti de tā admirabili natiuitate. et de tā solēni assumptōe generis hūani in beata virgine (nā hec autoritas et natiuitati eius cōuenit ⁊ assumptōi) q̄si admirātes pruerunt in hec verba. Que est ista ⁊c Istud Que est ista habes multipliciter expositū li. xij. particla iij. de aromatib⁹ orti cōclusi. Et q⁹ ibi dicit Lascēdit let hic Lpgredit pōt fere eodez mō exponi. Et bene btā virgo pgredi dr Lvt aurora. Sed nos omnes q̄ nascimur filij ire. ephe. ij. in hui⁹ miserie incolatū q̄si tenebre pgredimur. Uñ ephe. v. Fuist aliq̄n tenebre ⁊c. Que ē ista ⁊c. In his verbis notat marie sctā natiuitas. in hoc q⁹ dicitur Lauroza Sanctior vita. in hoc q Lpulcra vt luna Sactissima assūptio. in hoc q Lelecta vt sol Potentissimū adiutoriū. in hoc q subdit Lterribilis vt castroz̄ acies ordinata. Et hec interrogatio Que ē ista ad singula mēbra referēda est. Fuit ergo Lauroza in natiuitate. vt sup dictū est. Luna plena in conceptōe saluatoris. Unde tūc dicta est grā plena. que tūc solem iusticie eclipsauit Lelecta vt sol in assumptōe. eclipsim de cetero nō passura. Uel ita vt hec autoritas conueniat triplici ei⁹ solēnitati. Lauroza in natiuitate. quia p eam dies salutis mūdo illuxit. et ipm verū solem pueniens aliquāto tēpore. tandē ptulit mūdo. et quotidie pie flagitantib⁹ adducit ⁊ reducit. Luna plena in filij conceptōe. Ad quod signādum ei dictū est Luce. i. Aue grā plena. portans in medio sui. id ē. in vtero virum fasce spinarū onustum. christū. s. filiū suum. verū hominē. q̄ fascē iniq̄tatū nostraz portauit in corpore suo sup lignū crucis vbi spinis coronatus ē. i. Petri. ij. ⁊ Isa. liij. Langores nr̄os ⁊c. Electa vt sol in assumptōe. vbi nihil pēntz ignorantie. nullam spinam pretentiū erumnaz habens celesti claritate refulsit. et intenso charitatis feruore exarsit. Que pgreditur in mundum de vtero matris. Progressa est enim super natiuitates aliorū nascendo tota sanctificata. Progressa viuendo sup vitā aliorū. q⁹ sine oñi mortali ⁊ veniali macula. Progressa moriēdo sup legē morientiū. q⁹ nlla corpis putredie resoluta. Et p his oib⁹ dicit de ea. q⁹ nec pmam simile visa est nec habere seqntē Que pgredit tota enī vita ei⁹ fuit quasi quidā

Piero.

mirabilis processus et pgressus. quia semper creuit de virtute in ⁊tutem. Quod notat in ordine ⁊bor̃ iust̃or. vbi ꝑmo auroze. secũdo lune. tercio soli ꝯparat. ¶ Progreditur ⁊ ꝯ sicut dies a claritate auroze subobscura crescit in splẽdorẽ solis meridiani. Si enĩ iust̃or semita quasi lux splẽdens ꝓcedit et crescit vsq; ad pfectũ diẽ. ⁊ Prouer. iiij. mlto magis marie semita que peperit solẽ iusticie. ¶ Progredit ⁊ in terra sup oẽs mortales in omni gr̃a et virtute. Unde dicit ei ꝓuer. in fi. Multe filie cõgregauerũt diuitias tu supgressa es vniuersas. ¶ Progredit ⁊ .i. pcul gradit in assumptõe. s. de terra ad celũ. nã carnis loc⁹ ꝑpus terra est. sicut dicit gregor⁹. ¶ Progredit ⁊ etiã in ipo celo sup oẽs ordines angelor̃ ⁊ sctor̃. Uñ de ea canit. ¶ Uidi speciosam ⁊ vsq; ¶ desup riuos aq̃rũ. Quasi aurora ⁊ sicut expositũ est supra. ¶ Consurgens ⁊ .i. tota simul surgẽs. et ꝑ coniicit q; assumpta sit cũ corpe ꝓ participiũ decõposite figure. Uel vt intelligat ꝑ de natiuitate qõ dicit ¶ Qsi aurora ꝯ surgens. ¶ Qa de cadẽte materia surgẽs. Alij enim cadunt nascẽdo. quia oẽs nascimur filij ire. Eph. ij. sed ipa cõsurrexit. quia mũda ab originali. et tũc dixit de⁹ de tenebr̃ lumẽ splẽdescere. ꝓ quod. s. lumẽ illuxit in cordibus nostr̃. sicut dicit apl's. ij. Thor. iiij. Uel de sctificatõe eius. Quasi enim cõsurrexit hec aurora in sua sctificatõe qñ incepit lucere. Sed q; sctificatio eius ꝑcellebat sctificatões hieremie ⁊ iohis baptiste. ideo dicit cõsurgens. quia inter sanctificatos habuit ꝑminentiã. Unde dicẽ beatus berñ. ad lugd̃. Ego puto q; copiosior gr̃a sanctificatiõis in ipsa descẽdit. quenõ solũ eius sanctificaret animã. sed et eã ab oñi peccato deinceps ꝯseruaret ĩmunem. q; nulli de alijs mortalib⁹ credim⁹ esse donatũ. Uel ꝯsurgens a culpa ꝑsenti ⁊ futura. et quo ad originale ⁊ actuale peccatũ.

Berñ.

Maria diluculũ Titulus ix.

Dilu. i. diluculũ ¶ ꝺ q; dicit Osee. vi. ¶ Quasi diluculũ ꝑparat⁹ ẽ egressus ei⁹. ¶ A Diluculũ dicit. Ort⁹ marie fuit diluculũ diei gratie. qa vsq; ad ipam durauit nor quã ꝑma mater ĩ mũdũ ĩtroduxit. Et hui⁹ diluculi ꝓncipiũ fuit obscurũ ꝓ originale. Sz cito illuminatũ. s. ĩ sctificatõe. sicut supr̃ dictũ est de aurora. Ortus ꝺo christi fuit plena dies. Uñ tunc canit ille ¶ Isa. ix. ⁊ Popul⁹ q; ambulabat ĩ tenebris vidit lucẽ magnã. Ideo etiã tũc dictũ est pastoribꝫ ¶ Lu. ij. ⁊ Nat⁹ est vobis hodie saluator̃ ẽ. Et dictũ ẽ hodie cũ esset nor. qa de illa nocte ꝑdixerat ꝑs. ⁊ Nox sicut dies illumiabit ẽ. Passio ꝺo dñi fuit ꝙsi meridies. Uñ Amos. viij. ¶ In die occidet sol ĩ meridie. qñ. s. habet plenitudo calorꝭ et luminis. In meridie enĩ est sol altior. feruẽtior. splẽdidior. Tũc enĩ dñs ostendit magnũ feruorẽ dilectõis sicut ꝑdictũ erat. i. Regũ. xi. ¶ Cras erit vobis sal⁹ cũ incaluerit sol. Feruor enĩ charitatis fecit eũ pati. Joh. xv. Maiorẽ charitatẽ nemo habz ẽ. Et tũc non fuit q; se abscõderet a caloze eius. cũ oraret etiã ꝓ inimicis. Tũc etiã fuit plenitudo lumiñ. i. cognitõis. qa tũc velũ tẽpli scissum est. i. manifestata velamia scripturar̃. Et miro mõ occasus hui⁹ solis fuit ĩ meridie passiõis. Alio añt respectu tenuit iste sol in vespe suo vl occasu. quãdo sũmã ostendit mĩsericordiã. vt feruor ipe dicat iusticia. tepor mĩsericordia. ¶ Quasi diluculũ ꝑparatus est ẽ. ¶ Diluculũ ꝓncipiuz est diei. et maria ꝓncipiũ christi ꝑm humanã naturã quã assumpsit de ea. q; christ⁹ dies est eternus ꝑm diuinã. Diluculũ etiã istud ꝯiũgit noctẽ. i. pctorẽ. s. diei. i. christo. sic dictũ ẽ ꝺ aurora. ⁊ ĩ ꝑ diluclo icepit mũdo diescere. ¶ Prepat⁹ ẽ egressus ei⁹. ¶ .i. ab eterno pat⁹ ꝓ ꝓdestinatiõez. Uñ ipa dicẽ puer. viij. Ab eterno ordiata sũ. ⁊ ex antiqs añ q̃ terra fieret. Ul ¶ ꝓpat⁹ ¶ ꝓ vterinã sctificatoz. vt tota mũda nasceret. ꝓ quã mũd⁹ mũdãd⁹ erat. Ul ¶ ꝓpat⁹ ¶ ꝓ sapiaz ꝑis. cui ipa dicẽ. Tu es q; extraxisti me ꝺ ventre ẽ. Preparor. spũssctũs. vl tota trinitas. Hec. ¶ Et veniet nob q̃si imber tpane⁹ ⁊ serotin⁹ terre. ¶ Datiui casus. Uñ dicẽ. ¶ Quasi imber ¶ .s. vt nos ꝯpluat gr̃a sua. et fecũdet ad fructificãdũ ꝓ bona opa. ⁊ extinguat ĩ nob feruorẽ ꝯcupiscẽtiarũ. Adapta marie ceteras ꝑpetates pluuie. q̃s inueniesli. xij. pticla. v. ti. ir. ibi. Descẽdet sic pluuia ĩ vell⁹. ¶ Imber ¶ .i. gr̃a l' doctria christi ⁊ marie. q̃ duo pulueres. i. peccatores ꝯglutinat vt ide fiat vasa ĩ honorẽ. ¶ Tpan⁹ ⁊ serotin⁹ ¶ Imber tpan⁹ ꝑm hiero. q; iactũ semẽ coalescit ĩ tra. ẽ gr̃a ꝓueniẽs. Serotin⁹ q; ipa gna iã igrossata

Hiero.

maturauit est gratia cōsūmans. Sic ꝓmittit dñs aduentū suū. Et tal' fuit mūdo nativitas marie. Ideo assidue rogāda ē a nobis vt nolētes ꝓueniat vt velint. vo-
Aug⁹. lētes sequat ne frustra velint. sicut docet aug⁹. vt dñs exoret. tribuēs gr̄am incipiendi ꝓficiēdi et ꝓseuerādi. Itē sicut lux diluculi sp augmentat ⁊ crescit vsq; ad pfectā diē. Sic maria ꝑ ceteras ante sctificata q̄s nata q̄tidie sanctior ꝓcedebat. et tādē angelicā supgressa est sanctitatē. vt supra dictū ē de aurora.

Item Bol oriēs q̄si de diluculo ipm nō obnubilat sz illuminat. nec christ⁹ de ꝟgine L
nascens matrz pudicicia lesit sz ꝑtī insignuit. q̄m de pura reddidit puriorē. Et nota q; fere ꝗcqd supdictū ē de aurora. pōt huic diluculo ꝓpetissime adaptari.

Item In ℟ diluculo visitauit deus hoiem. Job. vij. L Visitas eū diluculo ⁊c. Visi- D
tas Iglosa. sublevas Ldiluculo Iglosa. claritate ꝟtutū. Propter claritatē enī ꝟtutz appellat maria diluculū. Ideo paulo post q̄s ꝓcepat saluatorē dicit zacharias Luce. i. Visitauit nos oriens ex alto.

Christus diluculū Item Christ⁹ diluculū. De cui⁹ egressu a pre dicit michee. v. L Egressus ei⁹ ab ini- E
tio I. i. a patre La diebꝫ eternitatꝫ I Et ℟ intelligit de eterna genitura. De egressu ei⁹ ab vtero matrz exponit hec auctoritas. L Quasi diluculū ⁊c. I Sicut enī egresso diluculo fugant tenebre noctis. sic egresso christo de thalamo ꝟginali fugate sunt tenebre mūdane ignorātie ⁊ ignorātie. L Et veniet q̄si imber tēporane⁹ ⁊ serotin⁹ terre I vt supra. Vel sic. Quādiu sum⁹ in vita tpali ē nobis christ⁹ imber tpane⁹. iustificans nos ꝑ fidē et opa. Post mortē erit q̄si imber serotin⁹. q̄m nos de area trāsfert ad horrea. Et hec duplex pluuia nō ad diuersas horas vni⁹ dici sicut ꝗdā male intelligunt. sed ad diuersa tpa vnius anni referēda ē. Unde ibi dicit q; in terra ꝓmissiōis pluuia bis dat i anno. Iō ꝓmittit veris obediētib⁹ I cui. xxvi. Dabo vobis pluuias tpib⁹ suis. Itē L veniet nob q̄si imber tpane⁹ ⁊ serotin⁹ I. i. dabit nob gr̄iā
Aug⁹. ꝓuenientē vt velim⁹. et subsequentē ne frustra velim⁹. sicut dicit aug⁹.

Maria mane Titulus x.

Mane I De q̄ dicit Isa. lviij. L Tūc I. i. in tpe gr̄e Lerūpet I. i. subito ⁊ ip̄romise A
nascet de tenebrosa synagoga L q̄si mane I qō videt ꝓcedere de tenebrosa nocte L Lumen tuū Io eccl'ia. i. beata virgo cui⁹ vita inclita cūctas illustrat eccl'ias L Et sanitas tua I. i. christ⁹. de quo ps. Dñs illumiatio mea et salus mea ⁊c. L Iti⁹ orietꝫ I q̄a medicina oīm in festinatōe nebule. Eccl'i. xliij. id ē. in acceleratōe incarnatōis dñice. Istud ei⁹ mane genuit nobis diē. i. christū qui est dies etern⁹. Et nota q; in mane mlta legunt accidisse ad lr̄am. que spūaliter ꝓplent in nobis būficio hui⁹ mane. vel hui⁹ diluculi. Per mane etiā infusio gratie designat.

In mane B

Fere et aues nocturne delitescunt. Ūñ ps. civ. Ortus ē sol et cōgregati sunt. ⁊ ī cubilibus suis collocabūt. Et loq̄tur ad lr̄az de catulis leonū rugiētib⁹ vt rapiant. ꝑ quos demones designant. Simile iob. xxxvij. Ingredit bestia latibulū suū. et i antro suo morabit. Nocturne volucres prave cogitatōes.

Latrones diffugiūt. i. demōes. Exodi. xij. Jā aduenerat vigilia matutina ⁊c. Et paulo post. Dixerūt q̄ egiptij. Fugiamus Israelē ⁊c.

Aues mūde cantare incipiūt. s. turtur ꝓtritōis. philomena dilectōis. alauda leticie. ⁊ hmōi. Job. xxxviij. L Cū me laudarēt simul. i. ꝓcorditer. Lastra matutina ⁊c. I Tūc enī decantāt viri religiosi laudes mris ⁊ filij. Ūñ. Mane orō mea ꝓueniet te. Itē. Mane astabo tibi ⁊c. Istud dicendū est marie L Astabo I. i. corā te stabo parat⁹ ad seruitiū tuū. Astare tria notat. Quere libro. vi. titulo. xij. Ibi. Astitit regina. aliqn tulum post principiū tituli.

Viri iusti pravos motus interficiūt ne ab ipis interficiant. Ūñ dicit ꝗdaz ex ipis. L In matutino interficiebā oēs pctōres terre I. i. pravos motus sensualitatis. de q̄bus dicit. Beatus q̄ tenebit et allidet parvulos suos ad petrā. Vel pctōres terre.
In mane demones sunt. quorum ꝑcuratōne peccata fiunt in terra. L Ut disperderem de ciuitate domini I. i. anima fideli L omnes operātes iniq̄tatē I. i. pravos motus qui pariunt iniquitatē. Ad lr̄am enī in mane magis tēptat diabolus. Unde Josue. vij.

Maria figuratur per superiora

Festinauit rex hay egredi mane ꝛc̄. Propter ꝫ cisterciēses vigilāt in mane. nec vadūt ad lectos post matutinas. sed oꝛāt. vt sic interficiant p̄uos motus.

Mane etiā exeundū ꝺ hostes. Uñ. i. Regū. xi. legit. ꝙ viri iabes galaad. audito ꝙ saul veniret eis in auxiliū. sūpta audacia dixerūt hostibus suis. Mane eribim⁹ ad vos. Tūc ei ingressus ē castra i vigilia matutina saul. ꝛ deuicti sūt hostes ꝛ dispsi. ita vt nō relinq̄rent ex eis duo pariter. Judith. xiij. Cū exierit sol accipiat vnusq̄sq̄ arma sua. et exite cum impetu.

Submerguntꝰ egiptij in mari ꝺritōis. rubro ꝓpter tristē memoriā sanguinis. i. peccatoꝝ. Factū est in vigilia matutina ꝛc̄.

Expellūtꝰ tenebre peccatoꝝ. Job. xvij. Ursū p⁹ tenebras spero lucē. i. gr̄e claritatē.

Alleniāt infirmitates. i. tēptatōes. Job. viij. Si diluculo surrexeris ꝛc̄. In hoc etiā mane incepit mund⁹ languid⁹ melius se habere. in quo a planta pedis vsq̄ ad v̄ticem nō erat sanitas. ꝓpter peccatū primoꝝ parentū.

Maria lux Titulus xi.

LUx. Maria compatur luci ꝓpetate multiplici. Unde Sap̄. vij. Proposui A ꝙ luce habere illā ꝛc̄. Ben̄. i. Uidit deus lucē ꝙ esset bona ꝛc̄. Hec est ei lux que post filiū illuminat omnē lucē.

Maria lux

Propter speciositatē. Quia nulla pura creatura maria pulcrior. Unde de ea dicit Sap̄. vij. Est enī speciosior sole. et sup omnē dispositionē stellaꝝ luci ꝺpata inuenitur ꝺor. Nihil enī luce subtili⁹. sicut infra ostendet. Nihil luce puri⁹. in q̄ simplicitas ei⁹ ꝛ innocētia. Nihil mūdi⁹. in quo opeꝝ eius mūdicia. Nihil clari⁹. in q̄ lumen exemploꝝ. Nihil hūane vite iocūdius. in q̄ notant in ea doctrina ꝛ sapiētia verboꝝ. Ergo mūdicia ad ꝺginitatē. Claritas ad opinionē. Sr̄a ad sermonem.

Propter claritatis diffusionez absq̄ sui diminutiōe. Quia pepit christum sine sui coꝛruptiōe. De qua luce Eccī. i. Effudit illā sup oīa opa sua. ꝛ sup omnē carnem. Hoc dicit de sapiētia. et potest exponi de maria.

Propter suā incoꝛruptibilitatē et puritatē. q̄a inq̄nari nō potest. Uñ Sap̄. vij. Nihil inq̄natū incurrit in illā. Sic apparet i radio solis. quē nec ignis ꝺburit. nec aq̄ emollit. nec feroꝝ coꝛrūpit. nec gladi⁹ scindit. nec vitꝝ obsistit. ꝛ ita incoꝛruptibil.

Quia visibilia facit ea q̄ ꝺus nō apparebāt. ante faciē filij sui misericoꝛditer statuēs eos q̄ ꝺus lōge distabāt ab eo. vt patet in theophilo. Ipa ei sicut ꝺr Job. xij. Reuelat ꝓfunda de tenebris. et ꝓducit in lucem vmbrā moꝛtis.

Quia p̄ angustissimā rimā vl̄ foramen ingredit gratiā infundēdo. Uñ dicit cū filio illud Apoca. iij. Si q̄s mihi aperuerit introibo ad illū. Titulo de sole. Itē canti. ij. Respiciēs p̄ fenestras. ꝓspiciēs p̄ cācellos. Quasi modica rima. est aliq̄tiēs cam deuote salutare. Pro amoꝛe ei⁹ libenter elēosynā dare. Missam suā deuote auscultare. vl̄ sermonē de ea. Blasphemātes eā vl̄ iurātes asprime redarguere. Eius magnalia firmiter credere. Tutele ipi⁹ sese ꝺmēdare. et hmōi. Nulla enī creaturaꝝ dei eque ꝓna ē ad bñfaciēdū. Et p̄ hmōi rimas diffūdit nob lumē gr̄aꝝ ꝛ misc̄die sue.

Quia rimas et angustissima foramia sua illustratōe manifestat exīstentibꝫ ī domo. i. etiā minima peccata sue gr̄e infusiōe facit ꝓceptibilia his q̄ ꝺuertunt ad coꝛ. Eccī. xlij. Reuelans vestigia occultoꝝ. Rogāda est igit assidue vt coꝛdibꝫ nr̄is infūdat gr̄am diuini timoꝛis. q̄a sicut dicit Eccī. xxi. qui timet deū ꝺuertet ad coꝛ suuꝫ. vt p̄ illustrationē gr̄e sue possimus intelligere nostroꝝ coꝛdiū foramina et scissuras. ꝛ eadem resarcire.

Maria lux

Quia ꝓuenit oculū ad hoc vt videat ab oculo. Et sapiētia vl̄ maria ꝓoccupat eos q̄ B se ꝺcupiscunt vt illis se ꝺorem ostendat. Sap̄. vi.

Quia oc̄los illuminat. i. intellectū ꝛ affectū. qui sunt oculi anime. Intellectū cognitione sui et dei. affectū dilectōe dei et ꝓximi.

Quia tenebras fugat. et sequelā tenebraꝝ. i. ignoꝛātiā. q̄a mundo pepit eternā veritatem q̄ christ⁹ est. Joh. xiij. Ego sum via veritas et vita.

Quia splēdoꝛē diffundit. Quia ex ei⁹ vtero egressus est ꝓ carnalē natiuitatem ille

splēdor./de quo dicit Isa.lxij. Donec egrediat vt splēdor iustus ei⁹ ꝛc.

Quia singulis reb⁹ species ꝓprias et differētias restituit ꝙs abstulerāt tenebre. ꝺa tpe tenebraꝝ omnia sunt i chao ꝛ confusiōe. Sic factū est mūdo p peccatū eue. Sꝫ maria luce vera veniēte.ad formas ꝓprias oīa ꝙsi de tenebris emerserūt.s.stat⁹ ordines et gḋus eccl'ie catholice.et exemplaria virtutū.

Quia sine acceptōe psone omnib⁹ se ei debito mō exponentiby se exponit. Sap.vi. Eq̄liter est ei cura de omniby. Eq̄liter.i.ꝯmūicatiue. Ideo dicit ei pater Isa.xlix. Dedi te in lucem gentiū.

Quia sanis oculis delectabil'. Unde Eccl'es.xi. Dulce lumē et delectabile ē oculis videre solem. Oculi nostri spūales affectus et intellectus.

Quia lippientiby et nō sanis ocul'odibilis. Judeis.paganis.hereticis. blasphemis et hmōi. Unde Joh.iij. Qui male agit odit lucē. Aug⁹. Palato nō sano pena est panis.et oculis egris odiosa lux q̄ est sanis amabilis. Aug⁹.

De hac luce dicit Bene.i. Dixit de⁹.fiat lux.et facta est lux. Dictur⁹ erat p̄s. Tēp⁹ faciēdi dñe dissipauerūt legē tuā. Et dñs dixit rñdendo. Fiat lux ꝛc. Quasi iā diceret marie illud Isa.xlix. Dedi te in lucē gentiū. Deus enī hāc lucē fecit .qñ beatā virginē de tenebris lucere ꝛ splēdescere dixit.ij. Chor.iiij. Sed ḋa lux essz bona vidit.qñ p eā mūdi tenebras illustrauit. Unde seq̄tur Et vidit deus lucē q⁹ esset bona. Sicut enī nemo bon⁹ nisi sol⁹ deus.sic nulla oīa marie ꝓpata inuenieꝝ pfecta. Hā sicut ipe est sup oīa de⁹ bñdictus. ad Ro.ix.sic maria inter mlieres.i. sup omnes mlieres bñdicta. Et diuisit lucē .i.mariā La tenebris peccati originalis. Uel La tenebris .i.spinosis iudeis.de q̄by orta est velut rosa. Appellauitq̄ lucē diē qñ nascēte maria icepit mūdo diescere. Hoc inuenies ī capitulo seq̄nti. D

Hac luce q̄si q̄dā collirio illuminanꝝ ceci nati.vt sanatis ocul'dei gl'iam valeāt intueri.hic p fidem.in futuro p spēm. Sed hāc lucē Ltenebre .i.tenebrosi pctōres iudei pagani heretici Lnō ꝓphenderunt quia egris oculis odiosa lux. vt dicit aug⁹. Et hui⁹ lucis radioli./luminositas exemplꝫ. Aug⁹.

Item Ipa figurata est p illā lucē ꝑmariā. que creata credit ibi vbi sol orit.et de qua fm q̄sdā factū est corpus solis. Quia de substantia ṽginis formatū ē corpus filij q̄ est lux vera illuminās oēm hoiem veniētē in hūc mūdū. supple.q̄ illuminat. E

Item Ipa figurata ē p lucē illā que subtracta est egiptijs.tenebrosis .s.iudeis. et data filijs israel.i.veris christianis. Exodi.x.

Item hec lux est illa noua lux q̄ iudeis oriri visa est. Hester.viij.et de q̄ dr Hester.x. L Fons Lgtie Lparu⁹ Lp būlitatē Lin lucē solēqꝫ ꝟuersus est .i.in lucē vniuersalē et stabilem. Si enī semita iustoꝝ quasi lux splēdens ꝓcedit ꝛ crescit vsqꝫ ad pfectam diē,puer.iiij.qñto magis semita illi⁹ q̄ genuit solem iusticie.

Item Si apli sunt lux mūdi. Mat.v.qñto fortius maria que genuit illū q̄ dic Johānis.viij. Ego sum lux mundi.

Maria dies Titulus xij.

Dies la dyan qđ est claritas vt q̄dā dicūt. Beñ.i. Appellauit de⁹ lucē diē qñ.s.placuit ei q⁹ maria nascēte inciperet mūdo diescere tenebroso. et p diē ꝺ die.i.filiū de matre illuminareꝝ ois hō veniēs in hūc mundū. Et nota q⁹ q̄ si p tria moraꝝ spacia.s.mane.meridie.vespe.dies compleꝝ. Sil'r q̄busdā gḋibus meritoꝝ quasi q̄busdā spacijs horarū./cōpleta est pfectio sanctitat⁹ marie. Et hec tria sollicite p̄dicanda sunt. Uñ p̄s. Uespe ꝛ mane ꝛ meridie narrabo ꝛ annūciabo ꝛc. Hui⁹ diei mane qñ crebrior inter hoies fieri solet salutatio .designatum est qñ ei dictū est aue.ꝛ ab ista salutatōe q̄si inchoauit auroza hui⁹ diei cozuscare. ꝛ icepit mūdo diescere.qui p q̄nqꝫ milia annoꝝ ambulauerat in tenebris et caligine pctōrū et ignorātie p delicto ꝓmoꝝ parētū. Et tūc videꝝ dñs respexisse būlitatez marie.qz q̄si domesticā et familiarē habebat quā cum tāta reuerētia q̄si exp̄te sua salutari ab angelo faciebat. Tūc enī dñs mādauit salutes iacob.i.marie.que sil' ꝛ semel vicia omnia supplātauit. Quasi meridies fuit hui⁹ diei .qñ dicta est grā plena.quia sicut meridies plenitudinē caloris habz et lumis .sic ꝛ ipa tūc ostēdebaꝝ

omnē recepisse plenitudinē carismatū .q̄ animā illuminat̄ p cognitōem et calefaci unt p amorē. Quasi vespa fuit hui⁹ diei. qñ dictum est ei. dñs tecū. q̄ a p̄mis parē nib⁹ recesserat p peccatū. q̄a sicut ad vesperā sol terris ꝓpinq̄or efficit. sic ī ꝟbo ist̄o ventris hospitio deus illabit̄.

Nota q̄ in illo verbo. ecce ancilla dñi fiat mihi ſm verbū tuū. cōcepit virgo p fidē. si cut manifeste dicūt fulgenti⁹ ⁊ bernard⁹ ⌊Et ⌋sic ⌊factū est vespe⌋ .i. virtute altis/simi ei obumbrāte ⌊et mane⌋ .i. spūsancto in eā supueniēte ⌊dies vn⁹⌋ .i. singularis ⌊Uespe⌋ in refrigerio carnis christi ⌊Mane⌋ in illuminatōe spūssancti. Psal. Deduxit eos in nube die. et tota nocte in illuminatōe ignis ⌊Uespe⌋ in fine veteris testamenti. ⌊Mane⌋ in initio noui. ⌊Uespe⌋ dū terminat̄ regnū iudeor⌊Mane⌋ dum inchoat̄ regnū christianor. ⌊Dies vnus⌋ .i. singularis et sol⁹. in q̄ creator hom̄is factus est filius hoīs. assumens nubilū nr̄e carnis. Duo dies in die vna. sic duo ī carne vna. Virgo carnē offerēs. christus carnē induēs. ⁊ sic dies vn⁹ et vnus .i. altera sola. et alter solus. In matre special̄ et sine exēplo virginitas. in filio singularis et vnica hūilitas. Hui⁹ diei sunt duodecim hore. p q̄nq̄ et septē diuise. Quī q̄ ptinent ad sensus corpis virginal̄. in quib⁹ a mūdanis illecebris p̄cellēs oīb⁹ ꝺtinētia specialis. Septē ad mentē virginis. ꝓpter septē gratias aīe p̄sides. q̄ ō fō te spiritus vniformis riuulo ꝓdeunt septiformi.

Maria nubes Titulus xiij.

Isidor⁹ in

MAria nubes. De qua dicit̄ Isa. xix. Ascēdet dñs sup nubē leuē. et ingredie A tur egiptū ⁊c. Scōm isidor⁹ ōr nubes ab obnubēdo. et bra ꝟgo hūana carne velauit vnigenitū dei. Obnubere enī opire ē. Maria nubes leuis quam spūssanctus in sanctificatōne a pctō originali q̄si a q̄dā pondere liberauit. et a pcti fomite in cōceptōe christi mūdauit et toto. Cū aut̄ meli⁹ videret dixisse ꝓpheta descēdet q̄z ascēdet. q̄a tūc inclinauit celos et descēdit. maluit tñ dicere. ascendet. q̄z sessor superior est re quam ascēdit ⁊ a q̄ portat̄. Bñ q̄ dicit ⌊ascēdet⌋ q̄a nubes hec eū portabat. et ipe eā regebat. Uñ ipa dicit. Dñs regit me ⁊c. Et deutero. xxxij. Dñs sol⁹ dux ei⁹ fuit ⁊c. Alia ratio. Dñs in incarnatōe descēdēs in ꝟginē carnez humanā assumpsit et ea. in q̄ mūdo visibl̄ apparuit. sicut ōr baruch. iij. Post hec ī terris visus est ⁊c. Cū antea esset inuisibilis in sua diuinitate. Unde dicit ei Isa. xlv. Uere tu es de⁹ absc̄ditus. Et ita ascendit in cognitōem hoīm. q̄ ꝓus de ipo parū aut nihil sciebant.

Maria nubes B

Candida p virgitatē et oīmodā puritatē. Uñ apoca. xiij. ⌊Uidi. et ecce nubē cādidam⌋ p innocentiā. ꝟginitatē. benignitatē. ⁊ immortalitatē corpis. vt ꝟe credit̄. ⌊et sup nubē sedētē silem filio hoīs.⌋ ⌊Hoc fuit q̄n dñs ascendit sup nubē leuem. Isa. xix⌋ ⌊Habētē in capite suo coronā aureā.⌋ ⌊Per caput diuitas. p coronā eternitas. p aurū sapiētia. Corona g̃ aurea. eterna sapiēntia ⌊Et in manu sua falcē acutam⌋ .i. ptātem iudiciariā quā in iudicio exercebit. q̄n secabit malos in corpe ⁊ aīa a terra quā dilexerāt. et arefactos ponet in clibanū ignis eterni.

Lucida p gratie illustratōem et sancte cōuersatōis exemplū. designata p illā nubez lucidam de q̄ legit̄ in histoꝛiis de ope q̄rto diei. que anteq̄ sol fieret mūdū illumiabat. et de q̄ ſm quosdā factū est corpus solis. Ideo dicit̄ Job. xxxvij. ⌊Nubes⌋ .i. maria et sancti ⌊spargūt lumen suū⌋ .i. lumen exemploꝛ.

Rubicunda p pulcritudinē naturalē. Uerecundiā virginalē. Feruētissimā charitatē. Patientiā singularē. Quere istud lib. vij. ptic̄a. iiij. titulo de rosa. Uel etiam rubicūda p martyrū aīe. q̄n luna ꝺuersa est in sanguinē. p ꝺpassiōnē in vnigeniti passione. Jobelis. ij.

Maria nubes

Jacintina p celestem ꝺuersatōem vl̄ p celestiuz cōtemplationē. quia verissime dicere potuit. Mea cōuersatio in celis est. ad Phil. iij. C

Nigra p humilitatē. que dicit̄ quasi humi latēs. Sicut enī iacintinus color ꝓprie color est celestis. sic et color terreus ꝓpe color niger est. et p terrā ꝓprie figuratur hūilitas. Ideo dicit ipa Cant. i. ⌊Nigra sum sed formosa.⌋ q̄a nigredo hūilitatz

excellētissima est formositas aīe fidelis. Istud inuenies multimodis expositum li. v. de pulcritudine marie. titulo. vij. Vel Inigra]. i. obscura et guttis noctiū. i. tribulationib⁹ plena. et denigrata ex compassiōe et doloribꝫ filij patientis. qñ filio dei et suo nō erat species neq; decor. Isa. liij. et cū obscurato obscurata est mater
D Suspensa quasi inter celū et terrā. et hoc p desideriū eternoꝝ. Job. vij. Suspēdiū elegit aīa mea. et mortē ossa mea] Duo dicit se elegisse iob. q̄ bñ ꝓueniūt btē virgini. Primū est suspēdi a mūdo. i. elevari. vt conuersatio ei⁹ esset in celo. ad phil. iij. Item ad Col. iij. Que sursū sunt q̄rite. Jō dicit. Suspēdiū elegit aīa mea] glo. intentio mentis. Scōm mori mūdo. Uñ ad Col. iij. Mortui enī estis. Jō ei sequitur. Et mortē ossa mea] glosa. fortitudo carnis. s. mortificatōez. Et sequunt alia duo. s. desperare de mūdo. Uñ seq̄tur Desperaui] Juxta illō. Nolite sperare i iniq̄tate. Jtē nō vltra viuere ſm mundū Uñ seq̄. Nequaq̄ iā vltra viuā.] Juxta illō Ro. xij. Nolite cōformari huic seculo. ꝛc. Per istud etiā suspendiū figuratur q⁹ medatrix ē inter deū et pctōres. Hā p ipam et filiū ei⁹ reconciliata sūt ima sūmis.
Aquosa p gratiaꝝ et oīm carismatū abundāriā. Unde dicta ē gr̄a plena. Jō dicūt nubes. q̄si nimboꝝ naues. Aquis etiā sapiētie salutaris onerata fuit hec nubes. qñ conseruabat oia ꝟba q̄ de filio dicebant ꝓferens in corde suo. Lu. ij.

E Jtem nubes ista

Uento ducit. i. gr̄a spūssancti. q̄ ipam et impellebat et trahebat et circūducebat. et docebat et custodiebat. vt de ea posset illud exponi Deutero. xxxij. Circūduxit eā et docuit et custodiuit. Spirit⁹ enī sapiētie docuit ipam angelo rndere. Spirit⁹ pietatis traxit eā ad elizabeth. Spūs intellectus deduxit eā cū filio ad tēplū Spiritus timoris impulit eā et fecit cū filio descēdere in egiptū. et sic de alijs.
Ad fructū terrā habilitat et fecūdat. Uñ dr ecci. xxxv. Speciosa ē misericordia ei⁹ in tpe tribulatōis. sic nubes pluuie i tpe siccitatis. Ipa ei velut nubes misericordie abscōdit peccatores ab ardore solis. ꝛ ipis refrigerat ardorē ꝓcupiscētiaꝝ. et eos fecundat ad bene operandū.

Jtē nubes ista

F Fructib⁹ hominib⁹. et aīalib⁹ solis ardorē tēpat. Ardor solis iusticie. ira ei⁹. quam suis pcibus modificat et refrenat. ne peccātes ilico feriat. Terrenascētib⁹ ne ledāt ab ipo feruore sol' misericorditer pcauet et obumbrat. Unde dr Job. xxxvij. Frumentū desiderat nubes. Refrigerat etiā messores. Uñ et dicit Inubes roris] Isa. xviij. i. rorē emittēs Lin die messis.] Nam sicut grata ē nubes messorib⁹ quos refrigerat. et arentē stipulam secabilē facit quam suo rore humectat. sic maria his qui amorē suū sepant a terrenis. Unde et dicit Lcolūna nubis] Ecci. xxiiij. Colūna] imbecillia christi mēbra sustētando Lnubis] his q̄ exurunt temptatōnū caumate obumbrando.
Moralitū lippientib⁹ oculis solis eterni tpauit claritatē. et refrigerauit feruorem. Unde dicit Ezech. xxxij. Solē nube tegam] Et hoc quādo de⁹ dixit vt habitaret in nebula. iij. Regū. viij. Et quando nubes carnis facta est latibulum ei⁹. Job xxij. Propter ħ etiā dicit ipa ecci. xxiiij. Sicut nebula texi omnē carnē] s. a feruore solis iusticie. temperans illi claritatem diuinitatis.
Uento vehemētissime pſecutōis impulsa fuit ī filij passiōe. et tūc resoluta est i multa lacrimaꝝ stillicidia. Uñ ei dicit Can. vij. Oculi tui sicut piscine in esebon.
G Jtē de hac dr i ps. Expādit nubē i ptectōnem eoꝝ]. i. israelitaꝝ Lꝛ ignē vt luceret eis p noctē] Ecce dno officia ad q̄ data ē nob maria. s. vt nos ꝓtegat a feruore solis iusticie tanq̄ nubes. et io q̄si suspēsa ē inter terrā et solē. Et nos illumiet suis ordīb⁹ ꝛ erēplis tāq̄ ignis. qm ipa ē lux ostēdēs lucē ꝟtutū. Et etiā nos ꝓtegat ꝺ diabolū q̄si igne⁹ mur⁹. et ꝺ vicia ꝛ peccata. Uñ dic cū filio zach. ij. Ero mur⁹ ignis in circūitu ei⁹]. i. eccl'ie. Et bñ dicit Ī circūitu] ꝺ circūitū diaboli. q̄ tāq̄ leo rugiēs circūit q̄rens quem deuoret. i. Petri. in fine.

Dic scribēdū de iride

Finit liber septimus de rebus superioribus q̄bus figurat maria

Maria figurat̄ his que pertinēt ad terrā

Incipit liber octauus de terra ⁊ de bis que ptinent ad terrā. et possunt figurare mariam.

Terra. solum. tellus. humus. arida. limus. et argil. i. argilla.
Area. campus. ager. mons. collis. cōcaua vallis. i. vallis ⁊ conuallis.
Desertum. solitudo. petra. pascua. pratum.

Maria terra ¶ Titulus i.

Versus prim⁹

Hydria. que dicit ab hydor qd̄ est aqua. ꝗa ipa potat nos aq̄ sapiētie salutaris. Potat etiā nos liq̄ribus q̄ ō christo pfluxerūt. q̄ christ⁹ in passiōe effusus est sicut aq̄. Ipa enī ē hydria rebecce. i. ecclesie q̄ poratus ē verus helyeser. id ē. christus. Gene. xxiiij. et ex q̄ porantur cameli ei⁹. i. vniuersi fideles ecclesie. que sc̄z hydria iugiter fundit aquā in canalibus. id ē. infundit gratiā hūilibus. Ipa etiā hydria farine indeficiēs. de qua legit. iij. Reḡum. xvij. q̄ pastus est ver⁹ helyseus. id ē. christus. et qua pascit vidua sareptena. id ē. ecclesia in sacramēto. cū tota domo sua. id est. fidelibus vniuersis.

Maria concha Titulus xij.

Concha designata. ij. Paral. iiij. p decem conchas q̄s fecit salomon in tēplo. vt oia holocausta q̄ offerenda erāt abluerent in eis. Ipa ē etiā concha quā gedeon exꝑsso vellere roze impleuit. Judicū. vi. ꝗa christus mariā replenit gratia quam retraxit a synagoga.

Maria canalis Titulus xiij.

Canalis. Que sic dicit ab eo q̄ cana sit in modū canne. que quādoq; fit lignea. quādoq; lapidea. Maria bene ꝓt dici canalis. quia fuit lignea p fecunditatē. lignoꝝ enī est ferre fructū. Lapidea p ꝓpositi firmitatē. Lōcaua p humilitatem. Clausa inferi⁹ cōtēptu tēporaliū. Aperta supius ōsiderio celestiū. Collocata i supioribꝫ dem⁹. i. ecclie ad suscipiēdas aquas donoꝝ optimoꝝ. q̄ descendūt a patre luminū. Jaco. i. z refundendū eas in terrā. i. ad hūiles.

Maria trames Titulus xiiij.

Versus tercius

Trames. Unde dicit Eccl. xxiiij. Ego q̄si trames aque immēse de fluuio. Ipa enī ē via gr̄e. Unde se vocat tramitē. id ē. viā. Laq̄ immēse. i. abūdantis gratie q̄ p eam deriuat ad hoīes. Ipa est ei via in inuio peccatoꝝ. Ipa directio in biuio deuiātiū. Ipa via ad patriā redeuntiū. p ꝑ q̄ ipa est. Trames aq̄ immēse. que pcedit. De fluuio. i. abundāti gr̄a spūssancti. Aqua immēsa est gr̄a redemptōis q̄ sufficit ad ablutionē omniū. Joel. iij. Fons egrediet. et irrigabit torrentē spinarū. Dic fons gr̄a redemptōis rigans torrentē spinarū. i. gen⁹ hūanum. qd̄ antecēs maria nasceret erat materia eterni incēdij. Zacha. xiij. Erit fons patens. ꝑ est gr̄a redemptōis a qua nullus excludit. In ablutōem pctōris et mēstruate. i. originalē et actualis peccati. Cui⁹ aq̄ trames maria. q̄ nostꝝ genuit redemptorē. Vel Trames aq̄. dicit ip̄m filiū aq̄. vbi est tota virtus aque. et ipa trames ꝗa filum et ẋtus omnis gr̄e.

Maria aqueductus Titulus xv.

Aqueduct⁹. Un̄ dic ecci. xxiiij. Quasi aq̄ductus exiui a paradiso. A duplici A

Maria figuratur receptaculis aquarū

enim paradiso exiuit hic aq̄ductus. A patre ſcz qui eſt paradiſus celeſtis exiuit p creatōem ⁊ recreatōnez. a quo nobis attulit aquā viuā. id ē. chriſtū dēū ⁊ hoiem. A paradiſo terreſtri. ℔ ē. ab eccl'ia militāte exiuit p mortē corpis. directa in celum velut q̄dam aq̄ductus. aq̄s miſeriaꝝ et tribulatōnū totius generiſ hūani illuc ducens. filio eas exponēs. et p eis intercedens.

Hic aqueductus

Longiſſimus excellētia meritorū. Nam vehementia deſideriȝ. feruore deuotōnis. puritate oꝛōis. fontē attigit tā ſublimē. Cuius plenitudinē tanq̄ aqueductus de corde patriſ excipiens. nobis edidit illuȝ. nō put eſt ſed put capi poteram⁹. Vere longiſſim⁹. aquarū que ſup celos ſunt fontē potuit attingere. vt hauriret ſup angelos quā refunderet hominiby aquā viuā. Beatus berñ. Ideo tāto tpe defuerūt hominiby fluenta gratiaꝝ. q̄a nōdum interceſſerat aqueduct⁹. Ad ℔ enī data ē ipa mundo q̄ſi aqueduct⁹. vt p ipam a deo ad hoies dona celeſtia ingiter deſcēderēt.

Hic aq̄ ductus

Bēr.

Integerrimus p inuiolatam fidem.

Mundiſſimus per virginitatē et omnimodā caſtitatem.

Occultus per ſolitudinis dilectionem.

Concauus per veram humilitatem.

Fuſilis per pietatem.

Fecundans. id eſt. abundans aquis. per gratiaꝝ plenitudinem.

Rotundus per

Non plumbeus ſed magis aureus p regiam nobilitatē et eximiā charitatē.

Per hunc aqueductū venit chriſt⁹ ad nos occultatus in vtero virginali. vt myſteriū diabolo celaret. Unde dicit ei Iſa. xlv. Vere tu es deus abſcōditus. Ad hoc enī venit vt nos mūdaret. reficeret. et poraret aq̄ ſapientie ſalutaris. ſicut p occultuȝ aq̄ductū deducit aq̄ ad neceſſaria ciuitatis. Per hunc etiā aq̄ductū q̄ ō fonte ſup/dicto haurit aſſidue. influit vinū cōpūctōis. letricie ⁊ deuotōis. ī cellariū nr̄e mēt⁹.

Et nota q̄ dicit. Quaſi aq̄ductus exiui a paradiſo. i. a ſancta trinitate. que ē locus totius voluptatis. Exiui. ſinḡm p creatōem. Unde. Ab initio et ante ſecl'a creata ſum. Exiuit autē q̄ſi aqueductus. i. p meatus ſubterraneos. p patres. ſ. veteris teſtamēti q̄ dediti erāt terrenis. Iſa. xi. Egredietur virga de radice yeſſe. Propter hoc dicit de ea. Sicut liliū inter ſpinas. q̄a ipa celeſtis exiuit de terra. Sed ad quid? ad irrigandū oꝛtū domini. id ē. eccl'iam et fidelem animā. Unde ſtatim ſubiungit. Diri rigabo oꝛtū plantationū. Ipa enī habet duplex irriguū. ſuperi⁹ et inferius. Quere libꝛo. xij. particl'a. i. verſu ſeptimo de oꝛto. Hō oꝛtū olerū. iij. Regū. xxi. ſed oꝛtū deliciaꝝ. q̄ eſt eccleſia et ſancta aīa. oꝛtum. ſ. concluſū cuſtodia angelorū q̄ fecundatur et fructificat auſtro flante. Et nota q̄ eccl'ia non dicit oꝛtus colligendi fructus. ſed plantationū. q̄a in ea arbꝛes. i. anime ſancte modo plantant p laboꝛioſa opera. ſed in mꝛte colligent fructus quādo euellent opa laboꝛioſa. Eccl'es. iij. Tempus plātādi et tēpus euellēdi. Dicit etiā Oꝛtus plantatōnū pluraliter. q̄a ibi plantant boni et mali. Unde in ſagena petri colliguntur duo genera piſciū. Sed cū dñs plātauerit eā oꝛtū voluptatis et bonū ſemē ſeminauerit ī agro ſuo. vnde habet zizania. Reſponſio Matth. xiij. Inimicus homo hoc fecit. Ideo ſcinditur retibe petri. Propter ℔ beata virgo rigat hunc oꝛtū aqua triplici.

Doctrine. vt purget ab erꝛoꝛibꝫ. Uñ dicit Qui bibūt me adhuc ſitiēt. veritatem.

Bñe. vt ornet floꝛibꝫ ⁊ fructibꝫ vtutū. Uñ dic. Trāſite ad me. et a gene. meis iplemini.

Tribulationū. vt omnis plātatio quā nō plātauit pater eradicet. Matth. xvi. ⁊ vt omnis palmes fructificās purget vt plus afferat fructū. Joh. xiij. Rigat autem aq̄s tribulatōnū quādo mittit diſciplinā ſicut lucem. vt veratio eius det intellectū. Iſa. xxviij. Cuius diſcipline ita eſt ipa exemplar. Et q̄a nihil valet oꝛti riga tio niſi ſolis temperet ardoꝛ. p̄mittit q̄ ardoꝛē ſolis iuſticie tēperabit ſubdēs. Et inebriabo partus mei fructū. Quere libꝛ. xij. p̄ticl'a. i. xij. verſu oꝛti concluſi.

Hic eſt aqueductus de quo legitur Judith. vij. quem p̄cepit holofernes incidi. q̄a p illū influebat fons quidam in ciuitatē bethulie a parte auſtrali. Bethulia iter/

pretatur domus dolens domino.quod facit ecclesia in penitētib⁹. Uel domus parturiens dominū.quod facit in cōfitentib⁹. Isa.xxvi. A timore tuo cōcepimus et parturiuimus ⁊c. Maria vero aqueductus quo fluunt in ecclesiā et fidelē animā dona gratiarū.quē diabolus incidere conat.cū eius auxiliū nobis auferre nititur. Incidit autē nō quo ad eam sed q̄ ad nos /quando nos retrahit a seruitio eius. Et ad hoc ipe magis laborat.ḳa ipa est aqueductus piscine supioris. Isaie vij.p quam deriuat ad nos gratia donoꝝ illuminantiū q̄ descendit a patre luminū. Ideo autē nobis datus est hic aqueduct⁹.ḳa ad omnes vtus necessarios decrant nobis aque gratiarū.

Maria labiū Titulus xvi.

Labium ¶quod signat Exodi.xxx.vbi dixit dom⁹ moysi. ¶Facies labiū eneū cū basi sua ad lauādū.ponesq; illud inter tabernaculū testimonij ⁊ altare holocaustoꝝ ¶.s.sub diuo. Hoc labiū dicit luter.iij. Regū. vij. Et dicē ibi glosa.q; hoc labiū factū erat de speculis mulierū que excubabāt ad ingressum tabernaculi.id ē. de sedibus speculoꝝ. Josephus dicit q; vndiq; habebat specula m'ta.vt sacerdotes in eo abluti viderēt ibi si adhuc aliqua macla remansisset. Bene maria labiū ecclesie.ḳa in labijs eius diffusa est gratia illi⁹ responsiōis q̄ mundatus est mundus. Hoc labiū nobis loquitur verba vite.et p nobis loḳtur bonū in conspectu dei. Et ipa ē labiū electū nobis ꝓmissum Sopho. iij.vbi dñs dicit. Reddam popul' meis labiū electū.vt inuocēt omnes in noie domini. et seruient ei humero vno. Labiū istud maria.p quo nobis dato a deo debemus inuocare nomē dñi.et vnanimiter atq; ꝓcorditer illi seruire. Hoc labiū fuit eneū .ḳa es imputribile et sonoꝝ.et ipa sine viciorū putredine et sonora in pcibus .cui filius dicit Canti.ij. ¶Sonet vox tua in auribꝫ meis.vox enī tua dulcis ¶cū p peccatoribꝫ interpellas. Hoc autē ¶labiū positum erat inter tabernaculū testimonij ¶ q̄ signatur ecclesia. Et altare ¶id ē.christū.ḳa mediatrix iter christū et christianos suis pcibus recōciliat ima sūmis. Aqua hui⁹ labij gratia.qua lauāda sunt man⁹ pedes et vestes.i.affectus opera et virtutes.et postulāda est ab ea ingiter aqua ista.⁊ ℏ vt simus de eccl'ia numero et merito.⁊ accessum habeam⁹ ad altare holocausti. .i.christū imolatū ꝓ nobis. Hoc etiā labio poramur aq̄ sapientie salutaris .⁊ mūdamur ab omni inq̄namento spirit⁹ et carnis.

Maria piscina Titulus xvij.

A Piscina est aquaꝝ collectio sine piscibꝫ. Et dicit piscina q̄si p contrariū. In maria aūt fuit cōgregatio omniū aquarū.i.gratiaꝝ.sine piscibꝫ mūdanarū curiositatum.

Hec est piscina probatica. Johā.v.in quam angelus domini fm tempus descendebat .et mouebat aqua ⁊ sanabatur vnus .Tempore enī incarnatōis descēdit angelus magni cōsilij in mariā.et mota est aqua./quādo ad nouā salutationē turbata est maria.et sanatus est vnus .i.quotquot crediderūt deum trinū et vnū et isti vni.i.christo adheserunt p fidem sue incarnatōis. Et hoc elegāter quidā dicit marie. Tu piscina puritatis.roze plena pietatis.in qua de⁹ maiestatis voluit descendere. In quam reus et puersus.si cōtrit⁹ ⁊ ouersus se deponat exit tersus a peccati vulnere.

B Piscina ¶ginēml probatica ¶a ꝓbaton grece quod ē ouis latine.ḳa in ea nathinnei lauabant hostias offerēdas i tēplo. Et erāt isti nathinnei baiuli aq̄ i templo.ḳꝫ officiū mō habent subdyaconi,ppinātes aquā sacerdoti. Exēplis autē ⁊ ozōibꝫ marie mūdari necesse habent.ḳ christo offerre volūt sacrificiū de seipis.

C Que cognominabat hebraice bethsaida ¶quod interptatur domus frugū. Unde dicitur ei Cañ.vij. Uenter tuus sicut aceruus tritici. Domus pecudū.id ē.receptaculū simpliciū et humiliū.quos pascit feno carnis filij sui. Dom⁹ venatoꝝ.i.peccatoriū.ḳ pus venabant delectabilia mūdi.si ad se refugerint.

D Quinq; porticus habēs ¶.id est.quinq; principalia genera misericordie. Prima./q̄ conuertit errātes .cum sit via. Secunda./q̄ illumīat in tenebris ambulātes .cum

sit stella et luna. Tercia q̄ viuificat mortuos. cum sit vite vena. id ē. dilectionis. Quarta q̄ spem infundit desperatis. Unde dicit. Jn me omnis spes vite et virtutis. vt patet in theophilo. Unde et dicit Eccl'iastici. xxiij. L'Penetrabo inferiores partes terre. J. id ē. desperantes recolligā. Let inspiciam J oculis misericordie. Lomnes dormientes J. i. sui ipos oblitos. Quin ra. q̄ multis quos iā dictata erat sententia impetrauit a filio spacium penitēdi. sicut abigail a dauid nabal stulto. i. Regū. xxv. L Jn his Jāq̄s porticibus Liacebat multitudo magna languentiū. cecorum Jqui illuminari Jclaudorū Jqui dirigi Laridorū Jqui gratia humectari. Lexpectantiū aque motum J. i. misericordie eius. vt sanent a langoribus peccatos.

De theophilo

Item ipa est piscina superior in via agri fullonis. Jsa. vij. Et bene. quia plena aquis gratiarū que veniūt de supernis. Jpa etiā aqueductus quo influunt ad nos gtie de supernis. cui? extremū gloria eterna. Piscina iferior ecclesia. in quā p aquedu ctum istū. scz mariā. in hierusalē. i. animā. influunt aque celestes. Jtē ager fullonis ecclesia. Fullo christus Marci. ix. qui dealbat peccatorē. Uia agri fullonis penitētia. p quā vestimēta anie candidant. Maria enī tanq̄s piscina de celo recipit aqs vivas. quas ad eccl'iam defert et aīas sanctas. veluti aqueduct?. Jtē ipa est piscina vetus. de qua tangitur Jsa. xxij.

L

Item Lan. vij. dicit marie L Oculi tui sicut piscine in esebon. que sunt in porta filie multitudinis. J Esebon interptatur cingulū merozis. i. meroz cingens. vt intelligatur intrāsitiue. quia meroz penitētie cingit hominē et cohibet peccatorū saniē et fluxum peccati. sicut vitta cingit vulneratū et restringit sanguinis fluxum. Et hoc cingulū competit penitētib; qui in meroze animi recogitāt peccata sua et penas inferni. et inde humliant. Unde puerbioz. xij. Meroz in corde viri humili abit eū. Jtem puerb. xv. L Jn meroze animi deiciet spiritus J scilicz ab alto superbie. Et talibus sunt Loculi Jmarie L sicut piscine J id ē. respectus misericordie ei? multiplex lauatoziū. et sunt oculi eius L in porta filie multitudis J id ē. eccl'ie cui? ipa est porta.

F

Maria

B

Oculus per discretōnem vel respectū misericordie. iustos a dextris. peccatores respiciens a sinistris.

Maria

Piscina p compassionē redundans aqua pietatis.

In esebon p charitatis feruorē. quia esebon interptatur ignis in eis.

In porta filie multitudinis. qa oibus cōmunis. et presto oibus miser; subuenire.

Maria natatoria Titulus xviij.

Natato J id ē. natatoria. quod nō potest poni in versu. designata p natatoriā siloe. ad quam missus est cecus natus lauare oculos suos. Joh. ix. vt illuminaret. Ipa enim dicit illuminatrix. et hoc nomen suū interptatur in nobis. precibus suis meritis et exemplis illuminās peccatores. Ad literā siloa fons factus est ad radicem montis syon. qui nō ingibus aquis sed icertis horis ebullit. cuius aque vt exciperent quasi stagnū nō longe a fonte ꝺctū erat. Quā collectionem modo piscinā modo natatoriā vocat scriptura. Syloe autē interptatur missus. Et signat iste fons christū a patre missum in mundū vt illuminaret peccatores excecatos. sicut dicit Jsa. xlij. Et dicunt Jsa. viij. aque huj? fontis fluere cum silentio. humilitat; .s. et māsuetudinis. id ē sine murmure impatiētie. et sine strepitu pompe t superbie. Hui? aūt fontis maria natatoria ē. que pcibus suis et exemplis restituit visum interiorē. Quarto regū in historijs. titulo de obitu ysaie plura inuenies de hoc fonte et aquis ei?.

Maria amnis Titulus xix.

Uersus ḡtus

Amnis J Scōm isidorū amnis fluui? est nemore ac frondib; redimit?. et ex ipa amenitate amnis vocat?. qō poptime ꝓuenit virgini gl'iose.

A

Maria vena Titulus xx.

Vena J Quia ḡcād bitudis ab illo magno mari. i. ab illa infinita bonitate ōi trinitatis ad genus hūanū ꝓuenit. totū p hāc venā defluxit sic ostensum est

supra de aqueductu. Prouer.v. Vena vite os iusti &c. Si vena vite os iusti. g multo fortius os marie iustissime est vena vite. quotiēs filiū p nobis interpellat. Et ppter hoc dicit ipa. In me omnis spes vite et virtutis. Ecclīastici.xxiiij.

Maria vena quia B

Occulta per secretissimam conuersationem. Unde clausa in thalamo inuenta creditur a gabriele.
Gracilis per voluntariam paupertatē.
Concaua per veram cordis humilitatem.
Maria vena qa Subtilis ad repellendas p nobis fallaces astutias inimici.
Maxime viget ad custodiam populi christiani.
Uia sanguinis in quo vita omnis viuentis. Leui.xvij. Et ipa est via vite nre spiritualis a christo q̄ se dicit viam. Joh.xiiij. in cui⁹ sanguine. i. in fide passiōis vita ē animarum nostrarū.
Longa valde p finalem pseuerantiam.
Distributa p corpus filij quod est ecclesia catholica.

Aliter. Maria vena vite. Sicut enim sanguis qui est vita carnis occulte decurrit p venam. sic christus qui vita est aiarū nostrarū occulte venit ad nos p mariā. Uñ dicitur ei Isa.xlv. Uere tu es deus absconditus. in vtero. s. virginali.

Item ipa est vena vite. Sed adam et eua nobis fuerunt vene mortis. de q̄bꝫ dicit C Osee vltimo. Sed ipa plāgit se cū filio de peccatoribꝫ. Hiere.xvij. Uñ dicit. De dereliq̄runt venam aquarum viuentiū.

Maria later Titulus xxi.

Isidor⁹ Later. Dicit isidor⁹. q̄ later ꝓprie est liquor fontis. et dicit sic. eo q̄ lateat i venis terre. Et maria semp latuit et secretū dilexit. Et ipa liq̄r est illi⁹ fontis vite eterne q̄ dicit Hiere.ij. De dereliq̄runt fontē aque viue &c. Quez videlicz liquorē misit nobis ille fons eternus ad nos abluendū. rigandū. fecundādum. imaginem reddendū. et suos effectus in mundo adimplendū.

Maria cisterna Titulus xxij.

Cisterna sita ad portam bethleem. ij. Regū. xxiij. et. i. paral. xi. Et bñ ad portam. qa omnes trāseuntes vult q̄ntū in se est satiare. Uñ clamat. Transite ad me omnes &c. Cui⁹ cisterne potū desiderauit dauid. Quere libro. i. ca. iiij. titulo gratia plena. ꝓpe finem. vbi agitur de aqua ablutōis.

Hec est cisterna vetus in solitudine. in q̄ occultatus est ver⁹ ioseph. Geñ. xxxvij. Licet enī maria iuuencula esset etate. vetus tamē erat in figuris. Et bene in solitudie. qa sp dilexit solitudinē. Unde gabriel ipam clausam in thalamo bñ firmato solā creditur inuenisse. Beatus bernñ. Suspicandū nō est &c. Quere libro. xij. partica la. i. q̄nto versu de orto. vbi ortus dicit secretus.

Finit liber nonus de receptaculis aquarū q̄bus figurat maria

Incipit liber decimus de edificiis quibus maria figuratur in biblia.

Archa. thronus. soliū. ferculum q̄q̄. sella. tribunal.
Sedes. et cathedra. currus. lectica. scabellum.
Lectulus. et requies. habitatio. cellula. nidus.
Cella. et aportheca. gazophil. bibliotheca.
Erari. geneze. locus. horrea.
Pistrinum. furnus. clibanus. fornax q̄q̄. caminus.
Aula. tabernaculū. thalamus. domus.

Maria archa Titulus .i.

Versus pmus

Jsidor⁹

Pbus

Archa. Designata per archã

A quam fecit beseleel. Exo. xxxvij. de lignis sethim. habẽtẽ duos semicubitos in lõgitudine. et cubitũ ac semissem in latitudine. Altitudo q̃si vnius cubiti fuit et dimidij. Uestiuitq; eaz auro purissimo intus et foris. ⁊ fecit illi cozonã auream per girũ ⁊c. Fecit beseleel archã ⁊c.] Fabrica h⁹ arche. / natiuitatẽ indicat beate marie et quattuoz. Et auctoze. Uñ L Fecit beseleel.] Et fine. Uñ L archã.] Archa enim dicit ex eo q̃ aliq̃d archanũ in ea poni debeat. Uel fm ysidoz dicit ab arcẽdo. / eo q̃ arceat visum circũstãtiũ ab his q̃ ꝓtinet in se. Similiter et archanũ dicit a quo arcemur. Uñ christ⁹ de maria dicit Jsa. xxiij. Secretũ meũ mihi. Jn ea enĩ fuit ipe de⁹ absc̃ditus. Jsa. xlv. Homẽ trahit ex materia. Uñ L de lignis sethim] Et forma. tũ ex diuersificatõe. tũ ex ornatu. Uñ dicit L habẽtẽ duos semicubitos ⁊c.] Et ornatu. Uñ dz. L Uestiuit eã auzo purissimo]

B Uidendũ ꝑmo de fine. qõ ꝑmũ est in ratõne. sicut dicit philosoph⁹. Facta est enim illa archa materialis. / vt in ea reponeret quoddã diuine opatõis archanũ. Uirga. / in memoria liberatõis et egypto. Manna. / refectõis in deserto. Tabule. / datõnis legis. Sic et archa nra spũal'. de q̃ dicit. surge dñe in requem tuã ⁊c. hoc fine ꝓdicta est. / vt in ea reponeret nre liberatõis ꝑcium. qõ q̃dem intus ẽ. Sic enim placuit deo vt sic erãt tres psone in vna natura. sic essent tres nature in vna psona diuina. Diuina. spũal' creata. et corpalis. Diuina. s. deitas. q̃ icreata. Spũal'. s. aĩa. q̃ creata. Uñ sapia dicit. Ab initio ⁊ añ secl'a creata sum. i. ꝑuisa creari q̃dã excellẽti mõ. et ꝑ q̃ ad aĩam. Corpalis q̃ formata est a tota trinitate (cui⁹ opa ĩsepabilia) et substantia corpis virginal'. Uñ filiꝰ dicit de pre Jsa. xlix. Formãs me ex vtero fuũ sibi ⁊c. Per virgã natura diuĩa designat. Nam fm eã ipe de⁹ filiꝰ est dei ꝛt⁹. Uñ ps. Uirgam virtutis tue ⁊c. Per tabulas in q̃b erat lex diuĩa scripta. natura creata. s. aĩa designat. Et bene ꝑ duas tabulas designant duo q̃ sunt in aĩa. s. intellectus et affectus. Nam in ei⁹ intellectu q̃si in vna tabula scripta erat oĩs veritas. Jn affectu omnis bonitas. Et dicunt lapidee ꝓpter cõfirmatõem intellect⁹ non potentis declinare in errozẽ. Uel affectus in malũ. Per manna corpea natura q̃ q̃dem habuit tunicã adiacentẽ hoc est fragilitatẽ assumptã et penalitates. Tamẽ hoc manna. i. ipa corpozea natura. / purissima fuit ab omni labe peccati original' ꝑ ter penalitates. Fuit etiã esibilis. ideo significat refectõis dulcedinem. Sap. xvi. Paratũ panem ⁊c. Quẽ petimus dicẽtes. Panẽ nostꝝ quotidianũ da nob hodie Ecce finis beate virginis. q̃ ob hoc nascitura erat. vt in ea reponeret nre redẽptionis archanum.

C Uideamus auctorẽ L Fecit beseleel] qõ interptat vmbra dei. seu mificordia dei. Et bene. Nã sicut vmbra refrigeriũ ẽ ꝫ rigorẽ punitõis. q̃ q̃dem exticcaret nos ⁊ ꝓsumeret nisi mificordia dei nos ꝓtegeret. Uñ iacob loq̃ns ꝺ iusticia dei ⁊ rigore dicit. Exoꝛt⁹ est sol cũ ardoze et arefecit fenũ L Sol] . i. christ⁹ L exoꝛit] . i. extra se oꝛit q̃n punit. q̃a extra se ẽ punire cui⁹ ꝓpriũ ẽ misereri ⁊ parcere. Sz ĩ iudicio veniet cũ ardoze et arefaciet fenũ. i. carnales ĩ incẽdio gehẽne. Nota vmbra venit ex opposito corpis opaci ad lumẽ. Nõ ei erat nubes q̃ opponeret se iter hoiez ⁊ ipm sole iusticie añ aduẽtũ christi. iõ oẽs vrebant. Uñ dz. Fiant sicut fenũ tectoꝛum ⁊c. Propter ꝑ missus ẽ gabriel angelus ad mariã nubẽ introducẽs. ꝑ ẽ. vmbrã hũanitatis nuncians. / ad faciẽdã vmbrã. L Uirt⁹ altissimi] q̃t L altissimi obumbrabit tibi] ꝑ ẽ ei⁹ mificordia. i. ei⁹ ꝓpa ꝛtus. q̃a ei⁹ ꝓpriũ est misereri.

D Aliter. Per hanc archã designat beata virgo triplici ratione. Rõne materie. Ratõne scematis vel forme. Ratõe officij vel cõtinentie.

Dupler autẽ materia fuit hui⁹ arche. s. ligna sethim. et aurũ purissimũ. Duo enĩ fuerũt in ea ex pte materie. s. caro et spiritus. large sumẽdo materiã. moraliter enĩ loq̃mur. Per ligna sethim que imputribilia. designat caro ei⁹ q̃ nũq̃ sensit corruptionẽ ꝓpie vl' putrefactõis. Per aurꝫ. spũs ei⁹ refulgẽs ꝑfecta sapia ⁊ habitaculũ

deitatis que p aurū significat. Unde canti. v. Caput dilecti mei aurū optimū. In hoc aūt q fuit deaurata interi⁹. notat puritas cordis ei⁹ vel dilectio dei. In hoc q exteri⁹ pecūdia virginal'. vel dilectio primi. q̄z gra super auz. Eccī. vij. Ul' intelligibili⁹. Ligna sethim sunt parua. pulcra. leuia. fortia. imputribilia. incremabilia. Albe spine sil'ia. Fuerūt etiā dolata et leuigata.

Sethim vt dicat nomē est mōtis et regionis z arboris q̄ albe spine sil'is ē in folijs. E
Et interp̄tatur sethim spine vl' germina. seu positōes aut resurrectōes eoz. Et bñ p hec ligna significat maria. que sensit p filio et cū filio multiplicē tribulatōnis punctōem. Per eā autē. i. p oroes et merita ei⁹ resurgim⁹ a pctō. Germinamus bene īcipiēdo. Per eā ponimur in ecclie merito. p eā tādē ponēdi ī celesti edificio.

Maria sethim F

Quia arbor nobilissima oriētis sicut dicat. Fuit aūt maria nobil' genere. nobilior oīm carismatū plenitudine. sz nobilissima ex eo q christ⁹ verus oriēs q̄ nos visitauit et alto oriri ex ea dignatus est inq̄ntum homo.

Pulcra pfecta plenitudine toti⁹ honestatis. Unde eccī. vi. Decor enī vite ē in illa zc.

Parua p simplicitatē hūilitatis. vl' etiā pauptatis. q̄a fuit simul in vnū diues z pauper. Quidā tamē dicūt q hec arbor crescit vsq̄z ad maximā quantitatē.

Leuis p cōemptū toti⁹ terrenitatis. Dilectio enī terrenoz reddit animā pōderosam. Unde. Filij hoīm vsq̄q̄ gui corde. vt q̄d diligitis vanitatē z q̄ritis mēdaciū. i. tpalia. Uel etiā leuis virtutū vniuersitate. q̄ ignee nature sunt. et iō leues ab effectu. q̄a animā sursū trahūt z impellūt. quia locus ignis deorsum nō est.

Maria sethim — Fortis in ꝺseruādo ꝓpositū ꝓginitatis. q̄a accinxit fortitudine lūbos suos. et respondit angelo. Quomodo fiet istō. q̄niā virū nō cognosco. i. ꝓposui nūq̄z cognoscere. z in ꝓposito pseuero. Isa. xl. Forte lignū z imputribile elegit artifex sapiēs.

Isidor⁹ Imputribil'. Imputribilitas sethim ꝓbat p archā noe. q̄ adhuc pdurat ī montib⁹ armenie fm isidor. Maria aūt fuit īputribil' p extinctōez fomitis ī filij ꝺceptōne. quā postea nō infestauerūt p̄mi mot⁹ ꝓcedētes a fomite. Quilibet enī ali⁹ ab ea dicere p̄t. Induta ē caro mea putredie zc. Job. vij. Ipa ꝥo de se z de sponso suo dicit Cañ. i. Tigna domoz nr̄az cedrina. Quia nō fuit corp⁹ ei⁹ resolutū ī q̄tuor elemēta. Sicut ei dñs nō dedit sanctū suū. i. christū. videre corruptōez. sic nec scrāz suā specialē. i. mariā. Fuit etiā īputribil'. i. absq̄z fermēto īuidie z corruptōis. Prouer. xiij. Putredo ossiū īuidia. Johel'. i. Cōputruerūt iumēta ī stercore suo. B

Incremabilis. s. absq̄z feruore totius iracundie et iniquitatis.

Albe spine sil'is in folijs. i. in rbis. p mansuetissimā correctōem aliene puersitatis. De theophilo Lege cōuersionē theophili. Moraliter. Prius dicit alba postea spina. q̄a q̄ aliū pūgere vult corripiēdo. ipa correptio debet ꝓcedere ex zelo iusticie. nō ex liuore malicie. Alioq̄n talis correptor compabilis ē spine nigre.

Leuigata ꝓplanata et q̄si dolata artificio spūssancti. vl' etiā christi. q̄ summ⁹ est architectus. q̄n sanctificata ē in vtero matris et nata sine pondere originalis. D

Fuerūt etiā ligna hec fortia p patientiā. Imputribilia p perseuerantiā. Candida p omnimodā puritatē et innocentiā. Unde albe spine similia describunt hec ligna. id ē maria. quam hec ligna designant.

De auro infra titulo. ij. de throno q̄ntum volueris inuenies.

Et nota q hec archa dicit fuisse deaurata. id ē. vestita auro purissimo intus et foris. J
q̄a purgata fuit a fomite et peccato. Sed vna quam cōtinebat. i. corp⁹ christi. q̄ plena erat māna diuinitatis tota fuit aurea. q̄a christus totus fuit mund⁹ a peccato. q̄ mundū ingressus est sine macula. nō mundat⁹ a peccato.

Itē. Quare dicta est fuisse vestita auro mūdissimo. et q̄d sit aurū mundissimū. inuenies īfra titulo. ij. de throno. vbi ꝺr. q ꝥ vestiuit eū salomō auro mundissimo.

Itē. Rōe scematis seu forme ꝺr maria archa q̄ q̄drangula erat. Et ipa q̄drata erat p q̄tuor ꝥutes. q̄b vtili⁹ nihil ē in vita hoīb⁹. sic dicit Sap. viij. Que sunt iusticia. prudentia. fortitudo. tpantia. Que singule tripliciter eminebāt ī ea. sicut babuisti sup̄ libro. i. ca. i ij. titulo gra plena. circa mediū capituli.

Item ratõe officij vl' cõtinẽtie.q̃a q̃ttuor ꝓtinebat. Hec sunt vrna aurea plena man na.sicut dr ad Heb.ix. Exo.xvi. Dixit moyses ad aaron. Sume vas vnũ.et mit te ibi man.q̃ntũ ꝑt capę gomor.et repone corã dño ad seruãdũ in generatõcs no stras. Itẽ virga aaron q̃ frondurat. Ad hebre.ix.r Nũeri.xvij. Itẽ tabule testa/ menti Heb.ix. Itẽ deuteronomiu s. Vñ Deute.xxxi. Tollite libꝝ istũ.et ponite i latere arche. Dicta est aũt hec archa testamẽti.ad hebre.ix.et Apoca.xi. Uel testi/ monij. Exo.xxv. L Pones in archa testificatõem quã dabo tibi .i.tabulas i q̃b scriptũ erat testamentũ. Tamẽ quecũq; ibi erant possunt dici testimonia. Posita erat ibi vrna aurea habẽs manna./in testificatõem q̃ dñs dedisset eis panẽ de celo. Itẽ tabule./in testificatiõem q̃ legẽ naturalẽ scriptã in cordib hominũ suscitaue/ rat eis in scripto. Itẽ virga aaron./in testificatõem q̃ omnis potestas a deo. Item deuteronomi?./in testificationẽ q̃ dixerãt. Omnia q̃cunq; iusserit dñs faciem?. Ob hoc etiã dicebat tabernaculũ testimonij.r etiã q̃a cause ꝑ fortibus eius venti labant. Sicut autẽ archa illa figuralis ꝓtinebat ea q̃ erãt in testimoniũ benefici/ orũ iudeis a deo collatoꝝ.sic maria cõtinuit christũ in se.qui erit nobis in testimo niũ damnatõis.si ingrati fuerim? bñficijs q̃ nobis ꝓtulit incarnãdo.moriẽdo.re surgẽdo.r hmõi. Unde dicit Iere.xxix. Ego sum iudex r testis dicit dñs. Item Malach.iij. Accedã ad vos in iudicio.r ero testis velox maleficis rẽ.

Mandu cator Hunc autẽ distincte videam? expositões coꝝ q̃ continebant i hac archa. Mãduca L tor q̃ q̃ttuor ista manifeste dicit fuisse i archa./videl velle debere intelligi ꝑ archaz celũ.et ꝑ quattuor illa que ibi cõtinebant q̃ttuor ꝑsonas in corpe et aĩa iã glĩfica/ tas. Per vnã aureã./corpus dñicũ.ꝺ quo nullus dubitat catholic?. Per tabulas./ moysen. Per ẏgã aaron./beatã virginẽ. Per deuteronomiũ./iohãnẽ euãgelistam. Sed de his trib nihil asserit eccl'ia.licet de beata virgine multi nõ dubitent.

Item ꝑ hec quattuor signat christ?.que posita fuerũt diuina ẏture in hãc archã q̃ M mulier circũdedit virũ.i.maria cõcepit christũ. Urna./corpus christi ꝓtinẽs mãna .i.dulcedinẽ deitatis.et dulcedinẽ fruitõis eterne. Uirga./q̃a ius regni ad eũ ꝑti/ nebat tãq; ad heredẽ. Itẽ tabule r deuteronomi? .i.sciẽtia vtriusq; legis.q̃ ipe ẽ sacerdos.cui? est scire legẽ. Malachie.ij.

Aliter. In ipo sunt tabule testamẽti.q̃a ipe ẽ nobis instructio et forma viuẽdi. Ois H ei eius actio nr̃a ẽ lectio rẽ. Itẽ virga./quo ad pcõrũ paternã correptõem. Item Manna./quo ad filiorũ dulcẽ et blãdã ꝓsolationẽ. Sap.vij. Candor est lucis eter ne et speculũ ¶ Urna hec cõcaua ꝑ humilitatẽ incarnatõis.aurea./ppter mũdiciã assumpte humanitatis.q̃a aurũ metallorũ mũdissimũ. Et ppter charitatẽ./qua fa ctus est hõ ꝑ nobis. Et ppter obediẽtiã quã exhibuit patri assumẽdo formã serui. Et ppter sapientiã./que significat tam in auro q̃s in hoc q̃ cũ vrna erãt deutorono mius et tabule testamẽti. Hec enĩ q̃ttuor pcipue solent in auro designari. Mun/ dicia. Sapientia. Charitas. Et obedientia. ¶ Uel sic. Corpus christi archa rõe materie.de q̃ supra. Alia christi vrna aurea. Manna./dulcedo diuinitat? ¶ Chri/ stus etiam ẽ hic in sacramẽto nr̃a refectio in via.qui nostra fruitio erit in patria. Eius enĩ manifesta et eterna visio./plena r indeficiẽs erit fideliũ refectio. Vñ exo. xvij. dr de israelitis q̃ signãt viros christianos. Uiderunt deum./r ꝓmederũt ac biberũt. ¶ Christ? etiã mãna ẽ.i.panis celestis habẽs i se oĩe delectamẽtũ r ois O saporis suauitatẽ. Panis.s.angelorꝝ quẽ mãducauit hõ. Quẽ panẽ petebãt parun li Treno.iij. Ante aduẽtũ r ortũ marie nec erat q̃ frangeret eis .sed maria ꝓfecit hunc panẽ./q̃ fract? est i cruce. Hec habuisti supꝝ lib.i.ca.iij.titulo gr̃a plena ꝓpe fi nem tot? capituli. Adhuc etiã debem? ei clamare assidue.mater nr̃a q̃ es in cel'/ panẽ nostrꝝ quotidianũ da nob hodie de archa tua .i.de archa q̃ tu es. Ipa enim cum sit mater./libẽtissime dat hũc panem filijs.i.imitatoribꝰ suis. Unde et dicit ei. Omnia a te expectant vt des illis escã in tpe.et sequẽtia. Christus etiã virga. quia nos regit. corrigit. et dirigit. Ipe ẽ etiã tabule testamẽti.et deuteronomi?. quia christ? liber ẽ vite scriptus int? et foris. Ezech.ij. Liber in quo sunt oẽs the sauri sapiẽtię et sciẽtie absc̃diti.ad Col'.ij. Qui vtriusq; condidit testamentum.et

roram posuit in rota. Veterē enī legem dedit. quā etiā digito ꝓprio ꝺscripsit. et nouam ore ꝓprio ꝑdicauit et ope adimpleuit. ꝙa cepit facere et docere. Actuū. i.

Item Maria archa rōne ꝺtinētie. Manna vl manbu. admirabilis dulcedo ꝺsolatiōnis quā ifundit amatoribꝫ et specialibꝫ suis. et his ꝙs visitare dignat. quā ꝙ gustat potest dicere manbu. i. ꝙd est hoc ꝑ admiratōe. Ideo dicit ipa. Spūs meus sup mel dulcis ⁊c. Eccī. xxiiij. Vel manna candidū. marie ꝯgitas. q in carne fragili angelicā gl'iam acq̄siuit. habens oīs saporis suauitatē. Vel p hoc manna dulcissimū marie charitas. in q fuit radicata et fundata. Moraliter. Manna oīs saporis et delectamēti. charitas ē. q ē forma omniū virtutū. et omnis boni opis ꝺdimentū. sine q omne opus dño insipidū. Quare dicit. i. ad Chorī. in fi. Omnia vestra i charitate fiāt. Quā q̄s nō habet. sacr⁹ est velut ea sonans ⁊c. Vel. Moraliter. Manna dulcedo spūs māsueti. vel dulcedo eloquiorū. Tabule decem ꝓceptorū. sciētie legis diuine. Diere. xxxi. Dabo legē meā in viscerib⁹ eoꝝ. et in cordib⁹ eorū scribam illā. et ero eis i ꝺcum. et ipi erūt mihi in populū. dicit dñs. et cetera multa. Sed q̄dā magni l'rati sunt q̄si tabule lapidee inscripte. ſz scripturā suā nō sentiētes. ꝙa duri ⁊ īmisericordes. ¶ Tercīū qō cōtinebat in hac archa fuerūt tabule testamēti. quib⁹ designat ꝑfecta vtriusq; legis cognitio. q plene erat in ea. quia auctor scripturaꝝ habitabat i ea. Unō hieronym⁹ dicit q optime scripturas nouerat. sicut patz in ūllo ꝟsu. Sicut locutus ē ad patres nr̄os ⁊c. Itē Lu. ij. ꝺz. q ꝺseruabat oīa ꝟba cōferēs in corde suo. Uñ et postea docuit aplos. ⁊ magistra fuit noui testamēti. Cū enī rota esset ꝑ pfiguratōem. vere ꝑt dici vtriusq; legis plenā habuisse cognitōez. Quod significat ꝑ ℔ q in archa cōiuncta erāt deuteronomius et tabule testamēti. Et nota q dicit tabule pluraliter. iuxta illō Isa. xxiij. Diuitie salutis sapiētia quo ad deū ⁊ sciētia quo ad primū. Vel due tabule dicī possunt capax intelligētia ⁊ tenax memoria ei⁹. que duo ꝺtulit ei spūssctūs supueniēs in eam. ¶ Quartū fuit deuteronomi⁹ significās legē nouā quā christ⁹ dedit. ꝙa ipa cōseruabat oīa verba noue legis cōferens in corde suo. Nona etiā lex in ipa erat. Lex enī spirit⁹ vite eam repleuerat. que liberat a lege peccati. ad Rom. viij. Lex. s. amoris quā ipa adinuenit. cū prima fuerit timoris. Vel ideo deuteronomi⁹. q̄ tota ei⁹ vita et oīs actio ei⁹. christianoꝝ lectio et instructio est. sicut dicit Augustin⁹ de christo.

Dicro.

Cācellarius phi/lippus

Aliter. In hac archa erāt tabule veritatis vel sapiētie. Manna māsuetudis vl misericordie. Uirga potestatis siue iusticie. Uñ ꝓphēta ad virginē Intēde ꝓcede et regna. Intēde Io sapiēs ꝓpter ⁊itatē que in te est. que signat ꝑ tabulas ꝓcede Io clemens ꝓpter māsuetudinē q̄ in te est. q ꝑ māna regna Io potens ꝓpter iusticiā que in te est. q ꝑ virgā. Sequit. Propter veritatē et māsuetudinē ⁊ iusticiā Redde singula singulis.

Aliter et subtili⁹. In maria velut in archa erāt manna. i. dulcedo diuine ꝺtēplatōis. Uirga. i. rectitudo ꝑfecte opatōis. Uirga enī aaron fronduit et fructū fecit. quia actiua se multiplicat. Sed ꝺtēplatiua solitaria est. Fuerūt ḡ in hac archa manna ⁊ virga. ꝙa maria fuit ꝺtēplatiua ⁊ actiua. Uñ signat ꝑ marthā ⁊ mariā sorozē ei⁹. Et ideo euāgeliū de ipis legit in assumptōne. In tabulis testamēti intelligit spiritual' sciētia legis. quā ipa habuit plenissime. Nā cū sterilitas esset opprobosa in lege. intellexit fm lr̄am occidentē hoc dictū esse de sterilitate corpis. fm spiritū vificantē intelligi debere de sterilitate mētis. Et ideo ꝺtēpta lr̄a occidente. ꝺgaudens spūi vificāti. ꝑma inter filias synagoge virginitatē elegit. Item in lege ꝑmittebant et ꝺferebant tpalia. sed ipa intellexit diuitias tpe legis collatas. esse figurā spūalium diuitiarū cōferendaꝝ tpe gratie. et ideo inter filias synagoge paupertatem elegit et amauit. Unde dicit se matrē pulcre dilectōis.

Maria archa

Testamenti vl testimonij. vt supra dictū est. Apoca. xi. Quia. s. in ea positū erat testamentum. i. lex.

Federis domini. quia federauit nos toti trinitati. Approꝑatur enī pri maiestas.

filio sapientia. spūisancto bonitas. Et nos offenderam⁹ patrē p superbiā. filiū p insipiētiā. spiritūsanctū p malitiā. Ista enī tria ꝯcurrerūt in ꝑmo pctō. Superbia. q̄ adam voluit esse sicut de⁹. Insipiētia. q̄ credidit posse fieri sicut de⁹. Malicia. q̄ cōtradixit ei quod precepat deus. vl' ꝯsensit ei quod phibuerat de⁹. Sed maria p būilitatē suā recōciliauit nos patri. qñ ipe respexit būilitatē ancille sue. Ubi enim amor ibi ocul⁹. Sed filio nos vniuit quē credēdo ꝯcepit. vt implerē qđ dictum erat Isa. vij. ℒ Uocabit nomē ei⁹ emanuel ⅃ qđ ē nobiscū deus. Itē p eā spū sancto replemur. q̄ eā repleuit. vt de plenitudie ei⁹ accipent vniuersi grām p gtia. Joh. i. Ipa enī fons ē vnde ꝓcedūt riuuli gratiaꝝ. ¶ Itē alio mō archa federis. q̄a p eā ad nos dei fedus firmatū ē. Ante enī q̄s fieret hec archa .i. maria eram⁹ inimici. et firmatū erat chaos magnū inter nos et deū. vt q̄ vellēt hinc trāsire ad deū nō possent. Et ideo p virginē venit filī⁹ dei ad nos. et factus ē emanuel. i. nobiscū deus. vt tam filī⁹ q̄s mater reduceret nos ad patrē. ¶ Solet etiā fed⁹ matime cōtrahi p nuptias. Et christ⁹ generi nr̄o sese īmiscuit naturā nr̄am sibi in ꝟgine copulādo. vt si pater de cetero cogitaret aliq̄d ꝯtra nos. videns nos filiū sui fratres esse manū retraheret a genere suo. Uñ in horis beate marie virgis sic dicim⁹ christo. Memēto salutis actor. Et eidē dicere possum⁹ q̄ est ver⁹ dauid illō. ij. Regū. v. Os tuū. Et caro tua sum⁹. Et illud Dañ. ix. Propter temetipm inclina deus meus aurē tuā et audi. Itē Ro. viij. Nam q̄s pscivit. et pdestinauit. vt sit ipse ꝑmogenit⁹ in mltis fratrib⁹. Ro. viij. Itē illō hiere. xxxij. ℒ Tu in nob es dñe. et nomen tuū invocatū ē sup nos ⅃ q̄a a christo christiani. In his nuptijs fed⁹ sempiternū conclamatū ē. s. par hoib⁹ bone volūtatis. q̄a christus ē par nr̄a q̄ fecit vtra q̄s vnū. Eph. ij. Fecit que in celis. et q̄ in terris. in se recōcilians ima summis.

Maria archa — Archa ppiciatōis. q̄a mater est et regina misericordie. Mater illi⁹ et filia q̄ pater est misericordiaꝝ et deus totius ꝯsolatōis. et q̄ est ppiciatio p peccatis nr̄is. i. Joh. ij. Cuius meritis et intercessiōe ppiciat⁹ dñs omnib⁹ iniq̄tatib⁹ nostris. Cū enī p peccatorib⁹ se filio semp opponat. nihil ei potest negare filī⁹ ei⁹. Aut enī iubet natū. aut orat patrē. et semp exaudit⁹ p sua reuerentia. Heb. v.

Thema ī assūptiōe marie — Archa sanctificatōis. In ps. ℒ Surge dñe in requem tuā. tu et archa sanctificatōis tue ⅃ i. quā tu sanctificasti. q̄a sctificata fuit in vtero. et q̄a christ⁹ descēdens in eā ibi sctificauit se hominē in se ꝟbo. sicut dicit augus. et q̄a illa ꝯtinebat q̄ sctificata erant dño. et q̄a p eā sanctificamur in psenti et gl'ificabimur in futuro. Jō dic christo ꝓphet⁹. ℒ Surge dñe in requem tuā tu et archa sanctificatōis tue. Tu ⅃ pus Larcha ⅃ i. maria posteri⁹. Hinc cōijcit q̄a assumpta sit simul cū corpe. Dicit g̃ ℒ Surge dñe in requem tuā ⅃ post laborē passionis Ltu ⅃ p ascēsionē Let archa sctificatōnis tue ⅃ p assumptiōem. Hec enī archa q̄ assumpta est. surrexit in requem dñi. et implet⁹ est illud Genc. viij. ℒ Requieuit archa sup montes armenie ⅃ Armenia interpratur mons vellicatus. et significat celū empyreū. vnde omne supfluū et nociuū anullat⁹ est. Ul' montes armenie ordines et eminētie angelorꝝ. sup q̄s ipa requescit in throno maiestatis. A q̄b⁹. s. ordinib⁹ anullum est omne supbū in casu lucifer.

ℒ Archa testamēti. Unde Apoca. xi. Aptū est tēplū dñi in celo. et visa ē archa testamēti ei⁹ ī templo ei⁹. Et ꝺr archa ab archano. Et maria secretū dei ē. Unde dicit de ea p Isa. xxiiij. Secretū meū mihi. secretū meū mihi. Quia hāc archā clausit ille q̄ claudit et nemo aperit. Apoca. iij. Quedā enī ponunt⁹ in archa ad custodiendum et celandū. Et christ⁹ ī hac archa custodit⁹ fuit et celat⁹ diabolo et seculi ꝑncipib⁹. Quia si eū cognouissent. nūq̄s dñm glie crucifixissent. i. Thor. ij. et ita nō essem⁹ redempti. Ambro. Dō nō vidit in ea nec manū apposuit. q̄a nō est virili semie sz mystico spiramine verbū dei factū est caro. sicut dicit ambros⁹. Dives archa in q̄ fuerunt oēs thesauri sapiētie et sciētie absc̄diti. Col. ij. Uñ dicit ei q̄dā. Aue dives archa christi. q̄ thesaurꝝ effudisti. quo ditant⁹ oīa. Ad thesaurū quē hec archa custodit. in omnib⁹ necessitatib⁹ ipa archa mediāte recurrendū est.

Item. In archa vestimēta ꝺplicant. sic christ⁹ quē totus nō capit orbis. q̄si ꝺplicatus et būiliatus. ventris sub archa clausus ē. Et q̄a hec archa paruula erat Lexi-

naniuit se formã serui accipiẽs ⁊ vt ab ea capi posset. Vñ Ro.ix. Verbũ breuiatũ faciet dñs sup terrã. ḋa pater filiũ breuiauit. Unde Isa.xxviij. Cõsũmatõnẽ ⁊ abbreuiationẽ dñs exercituũ faciet ⁊c. Quod fuit qñ verbũ patris vnigenitũ ⁊ immẽsum / intra virginal' uteri angusta viscera claudebat. Uestes christi / hũanitas eius. Unde dicit matri Job.x. Pelle et carnib⁹ vestisti me. Sic̃dem hec archa custodiuit vestes esau valde bonas. q̃s apud se rebecca domi notabiliter ꝺr habuisse. Gene.xxvij. Esau peccatoꝛ. ḋa christ⁹ in sil'itudinẽ carnis peccati apparuit. Uestes ei⁹ valde bone / caro ei⁹ assumpta de purissima virginis substãtia. mũdata i sanctificatõe ab ꝺriginali. nõ peccatrix sed simil' peccatrici. Rebecca autẽ. i. maria has vestes apud se dicit habuisse. ḋa nõ aliũde nõ de semine viri. sed de sua tm̃ substãtia formata et assumpta ẽ caro christi. Uñ notabiliter dicit ap'lus christũ factũ ex mliere Ad gal'.iiij. Et Beda multũ reprehẽdit eos q̃ legendũ putãt ibi natum ex muliere. Ideo etiã dicit maria herba faciẽs semen nõ suscipiẽs. Gene. i. De ipa ei factus ẽ. et de ipa eum p ꝺsensum fecit ille de quo dicit Isa. i. L Nisi dñs exercituũ reliq̃sset nobis semen ⁊ i. christũ. dicit vna glosa. Ipa etiã L mons ⁊ille ẽ L de quo p cisus ẽ lapis ⁊ i. christus natus. qui lapis ẽ angularis. q̃ fecit vtraq; vnum L sine manib⁹ ⁊ i. sine ope nuptiali. sicut glosat aug⁹. quia sola opatõe sancti spũs. Et iõ has vestes ꝺfecit et ꝺsuit maria q̃stuaria. que de pãno carnis sue fecit ei palliũ. q̃ ipm̃ indui t. qñ cõsensit vt fieret dicẽs. Ecce ancilla dñi ⁊c. Et cũ de hoc rogaret ab angelo. et paruula tã immẽso timeret vestes facere de tã breuissimo pãno. Rñdit ei angel⁹. Ne timeas maria. inueniſti gr̃am. H ẽ dabit tibi plenitudo gr̃e. q̃ parua portio pãni tui. i. substãtie tue sufficiet ei⁹ magnitudini. Ibi ei christ⁹ L affubla mantel parti ⁊ gallice loq̃ndo L il fu corr ⁊ s. giganti gemie substãtiel mes bien li sist ⁊ ḋa in eo apparuit speciosus forma p̃ filijs hominũ. nec solum p̃ filijs hoim̃ sz etiã p̃ milibus angelorũ.

Nunc videndũ ẽ de forma / p quã insinuat sanctitas q̃si formalis. Primo in dimen / sionib⁹ arche insinuant tres ꝟtutes theologice. Fides in lõgitudie. Spes in altitudine. Charitas in latitudine. Dicit g̃ L Habentẽ duos semicubitos in lõgitudine. ⁊ Lõgitudo ẽ linearis ptractio. In linea accipim⁹ duos termios / a q̃ ⁊ ad quẽ. Sic et in fide termin⁹ a q̃ est cognitio enigmatica. Unde dicit ap'lus. Uidemus nunc p speculũ et enigmate. Sed termin⁹ ad quẽ ẽ cognitio p speciẽ. Unde Isa. fm aliã lr̃am. L Nisi credideritis nõ intelligetis ⁊ i. nõ pueniet⁹. Dec dicit habere duos semicubitos q̃si impfectos. ḋa videmus nũc p speculũ et er ptecognoscim⁹. Cum aũt venerit qꝺ pfectũ ẽ / euacuabit quod ex pte ẽ. et erit q̃si plenus cubitus. Latitudo ẽ supficial' extensio. et supficies habet duo latera. Scdm̃ B accipit charitas. fm quã ꝺcupiscibile extendit ad amicos et inimicos p affectũ / tãq; ad duo latera. Psal. Latũ mandatũ tuũ nimis. Dec dicit distendi p cubitũ et semis. Cubitus pfectus refert ad dilectiõem dei. ḋa absolute ⁊ pfecte diligend⁹ est et sup oĩa. Semicubitus ad dilectõem ꝑtimi. ḋa minus deo. Uel ḋa freq̃nter videm⁹ in primo quod diligendũ nõ est vt peccatũ. cũ tamẽ natura semp sit diligẽda. et iõ extensio charitatis in primũ semicubit⁹ ẽ. Altitudo vero extensio a deorsũ in sursum. p quam accipit spes. que ipam irascibilẽ erigendo ꝓtendit in deũ. Unde dictũ ẽ petro ḋ piscabat. Duc in altũ ⁊c. Sic dicit p̃dicatoribꝰ q; p spem erigãt corda peccatorũ. Et hec dicit habere cubitũ et dimidiũ. Cubit⁹ ẽ spes de salute pueniẽs ex meritis et miſicordia dei. sicut habent spem illi ḋ gloriant in testimonio ꝺsciẽtie. Dimidi⁹ / spes pueniẽs ex miſicordia dei. nõ ex meritis. siẽ hñt illi ḋ sũt i peccatis. Sic ergo in ista archa spũali est longitudo fidei fm rationalẽ. Latitudo charitatis fm ꝺcupiscibilẽ. Altitudo spei fm irascibilẽ. Sic et in q̃libet anima sancta. sz excellenter in virgine gloriosa. A A

Sequit L Et vestiuit eã auro purissimo intus et foris ⁊ i. s. vt clara appareret tam deo q̃m hoib⁹ L Et fecit illi coronã aureã p girũ ⁊ Duo hic ponunt q̃ glorioſe virginis ĩsignuant progatiuã. Uestitio auri int⁹ et foris. et corona posita p girũ. p q̃ dant ⁊ tel ligi i ꝟgine gl'iosa virgitas ⁊ fecũditas. Uirginal' castitas p aux rõe icorruptõis. B B

et p̃ciositatis. Et differẽter accipit. Integritas seu incorruptio dignã facit ꝥginẽ quo ad se. p̃ciositas / q̃ ad deũ. lux siue claritas / quo ad ꝓximũ et bonã famã. Fecũditas enĩ pdurit eã ad coronã aureã. Eo enim q̃ mater facta ẽ sũmi regis / dignũ erat vt in honore regio sublimaret. Nota tñ q̃ corona ista ducebat p̃ girũ. qđ significat ĩmensitatẽ et eternitatẽ sue potestatis. Unde ipa dicit [In hierusalẽ] sup̃na [p̃tãs mea] ¶ Post ornatũ sequunt adiacẽtes anuli. Per q̃ttuor anulos accipiunt q̃ttuor cardines. s. iusticia. prudentia. fortitudo. tpantia. Et q̃ttuor anguli significãt q̃ttuor affectões. dolorẽ. timorẽ. gaudiũ. et spem. Duo affectus. s. dolor et timor / sunt q̃si duo anguli arche ex latere sinistro. Et ẽ latus sinistrũ irascibile quasi ex regiõe ꝓtra malũ. dolor. s. de p̃terito. timor de futuro q̃ facit hoĩem cauere sibi. Alĩ duo. s. gaudiũ et spes ex latere dextro. s. cõcupiscẽtia ex pte boni. Et hoc est qđ dicit aug⁹. De irascibili dolor et met⁹. ex ꝓcupiscibili gaudiũ et spes oriũt. Iuxta ergo q̃ttuor angulos. q̃ttuor anuli. i. q̃ttuor ꝥutes cardinales supponũt. ꝛ sic dicunt ꝓpter circularẽ pgressum vt a deo in deũ sit motus ꝥtus. Aurei dicũt ad differẽtiã virtutũ ꝓsuetudinaliũ. q̃s ponũt phi ex freq̃nti bene agere acq̃ri. ꝛ ñ ex gr̃a. Iuxta ğ angulũ cordis q̃ ẽ affectus doloris suppositus ẽ anul⁹ prudẽtie. ne dolor trahat in accidiã. Iuxta angulũ met⁹ supposit⁹ ẽ anul⁹ fortitudis. ne timor deĵciat in despationẽ. Et hec duo ex pte sinistra cordis. Itẽ iuxta angulum gaudij posit⁹ ẽ anulus tpantie. ne cadat hõ in dissolutões. Iuxta angulũ spei anul⁹ iusticie. ne eleuet in p̃sumptõem. q̃a nullus p̃ sperare nisi iust⁹. Et hec duo ex parte dextra cordis. In his anulis ĩmittunt duo vectes. q̃ sunt ꝓsideratio pene ꝛ glie. Consideratio pene ẽ vectis ĩmissus ex pte sinistra duob⁹ anulis prudentie ꝛ fortitudis. vt prudentia penã ꝓsideratã diligẽter p̃caueat. et fortitudo p̃sentẽ libẽter sustineat. vt eternã euadat. Cõsideratio ꝓmisse glorie ẽ vectis ĩmissus ex parte dextera tpantie. s. et iusticie. vt ꝓsiderato p̃mio de stola aie tpanter se habeat. ꝛ distribuẽdo vnicuiq̃ qđ suũ ẽ ad illũ festinet. Jõ dicitur. Pones eos ĩ latere arche.

Maria thronus veri salomonis Titulus ij.

Thronus] Uñ. iij. Regũ. x. Fecit sibi rex salomon thronũ de ebore gñdẽ. et vestiuit eũ auro fulvo nimis. q̃ habebat ser grad⁹. et sũmitas throni rotũda erat in pte posteriori. et due man⁹ tenẽtes sedile hinc et inde. ꝛ duo leones stabãt iuxta singulas manus. et duodecim leunculi stãtes sup̃ sex gd⁹ hinc atq̃ inde. Non est factũ tale opus in vniuersis regnis ꝛc̃.

Maria thronus. q̃a thronus

Firmiter et apte ꝓpact⁹. Et beata ẽgo insolubili internaq̃ ꝥtutũ ꝓcathenatõe cõpacta erat. q̃ ꝓxime mutuo se roborabãt. De sũt virginitas. simplicitas. solitudo. sz oẽs cardiales vl' theologice ꝥtutes. Iuxta illũ iob. x. Ossib⁹ ꝛ nervis ꝓpe. me.

Regẽ a statõe ad sessiõem q̃si hũiliatũ recipit. Et beata virgo regẽ eternũ (qui cum in forma dei esset exinaniuit semetipm) in carne hũiliatũ ĩ incarnatõe suscepit. In ea enĩ christ⁹ formã serui assumpsit. in q̃ iudiciariã potestatẽ exercebit.

Maria thron⁹ q̃a thronus

Solum principẽ in se suscipit q̃slibet et q̃ntoslibet habeat assessores. Sic btã virgo solum christũ in vtero. Juxta illud Eze. xlviij. Porta hec clausa erit ꝛc̃. ꝑnceps ipe sedebit in ea ꝛc̃. Quasi diceret [ipe] nõ alius.

Deorsum clausus. Et beata virgo delicijs. diuitijs. terrenis voluptatib⁹. et superfluitatib⁹. et maxime ĩmũdicijs. sup̃ oẽs puros homines clausa fuit. vt sup̃. Porta hec clausa erit ꝛc̃.

Sursum patul⁹. Sic beata virgo iugiter suspirãs ad celestia. corde patulo hauriebat dona p̃fecta a patre luminũ descendentia. Jaco. i.

A parte anteriori hũilior. a posteriori sublimior. Sic btã virgo ante hũillima paupertate et cõtemptu seculi. sup̃ homines et angelos posteri⁹ exaltata.

Fecit sibi rex salomõ ꝛc̃.] Primo assignandũ est q̃re christus p salomonẽ designet. Ista ĩuenies ifra eodẽ titulo de throno morali. Cũ aũt salomõ fuerit trinomi⁹. videndũ est q̃re poti⁹ hoc nomĩe qđ interp̃tat pacificus designet. cũ ei factura throni ascribit. Christus enim vere est pacificus. q̃ dicit Diere. xxix. Ego cogito co-

gitatões pacis ꝛc̄. Tunc enim dñs efficaciter cogitauit de pace. qñ sibi thronū p/parauit vtęz virginalē. Uñ dicit Zacha. viij. Sicut cogitaui vt affligerē ꝛc̄. sic cogitaui in diebꝫ istis vt bñfacerē hierusalē et domui iuda. L Fecit ⁊ Lpacific⁹ thro/nū Lvt pacē faceret. ꝺa mediāte filio hoīs pacificati sum⁹ deo patri. Mediāte etiā matre veri pacifici. pacē apud filiū ꝗtiens volum⁹ posſum⁹ inuenire. Ascribit eti am hoc opus salomōi. ꝺa eterne sapiētie. que ē christus. Unde puer. ix. Sapiētia edificauit sibi domū. Et bñ dicit Lfecit Lꝺa beata virgo speciale op⁹ ē illius artifi/cis. q̄ fabricatus ē auroꝝ et solē. q̄ in isto ope hui⁹ throni principaliter suā oñdit sapientiā. Ipa est enī vas admirabile opus excelsi. Eccī. xliij. Unde ī ps. L Ā dño factū ē opus Listud. et est mirabile in ocul' nostris L Bñ etiā dicit Lfecit sibi Quia sicut sol⁹ rex salomō sedebat in ℞ throno. sic solus christ⁹ sedit in ℣gine gl'iosa. Uñ Eze. xliij. L Princeps ipe sedebit in ea. Princeps ipe. ꝗsi nō ali⁹ L Fecit ergo Lsibi nō alij. nō carni. nō mūdo. nō diabolo. nō bacho. nō veneri. nō mercurio. nō marti. sed sibi. et sibi soli. Nihilomin⁹ tñ et nob hoīb⁹ et etiā ipis angel'. ſz aliter ⁊ aliter.

Throni de ebore. Eiꝺem vsqꝫ ad btāz virginē nō habuerat christ⁹ thronū ō ebo re. sed ꝗsi sedē plebeiā et ꝯmunē. sed in ipa thronū de ebore habuit q̄ prima virgi nitatē vouit. Et ipa q̄ fuit thron⁹ grandis celsior factus ē ſm throni celsitudinē. qō innuit ℣bū illud marie. Magnificat aīa mea dñm. ꝺa quasi oblit⁹ virginitatis licz eā sup oīa diligeret. bñdicebat fecunditati. Uñ Gene. ix. Bñdixit illis de⁹ di cēs. Crescite et mlt'iplicamini ꝛc̄. Maria ℣o q̄ ꝑma votū virginitatis emisit. re/gē filiū regis magni sublimiter exaltauit. et in corde et vtero virginali velut ī throno eburneo grādi collocauit. et sup oēs reges mirabiliter magnificauit. sic salomō sup oīes reges terre magnificatus est. exquo fecit sibi thronū ḡndē. et in eo cōse/dit. sicut dicit. iij. Regum. x.

Cancellari⁹ phi lippus

Throni de ebore. Notandū q̄ ad ℞ q̄ materia hui⁹ throni inuenirē ebur. s. opor/tebat q̄ elephas moreret. vt de ossibꝫ ei⁹ ebur haberet. Properas autē elephanꝫ est q̄ innitit roboꝛib⁹ arboꝝ volens reꝛescere. ꝺa nō habens fleribiles iuncturas ad terrā nō ꝑt. pcūbere. Uñ signat supbiam iudeoꝝ. q̄ fuerūt popul⁹ dure cervic⁹. Sed iste elephas mortu⁹ est spūaliter. qñ veniente tpe gratie cerimonialia recel/serūt. Et bñ ꝑ ossa elephātis significat maria. ꝺa fortitudo elephātis ⁊ nobilitas ꝑsistit in ossibꝫ. Similiter nobilitas et ꝑcū iudee in maria. Alij ꝗsi caro elephā/tis. ipa os elephātis. Alij ꝗsi spina. ipa rosa. Uñ. Sicē spina rosam ꝛc̄.

Maria elephantina quia elephas

Dicitur a quodā greco qō est elephio. et interptat mons. eo q̄ elephas ꝓpter ma/gnitudinē corꝑis ꝓferat formam montis. Apud indos vero dicit barro a voce q̄ barritus dicit. Maria ℣o ꝓpter magnitudinē sue excellētie cōpat monti libano. In ipa est ille mons in q̄ bñplacitū fuit deo habitare ī eo. Quere lib. viij. titulo. v. de monte.

Bestia est spectabilis. et maria inter oēs creaturas summe mirabilis.

Dire magnitudinis. Tales fuerūt patres beate virginis. s. abrahā. ysaac. iacob. da uid et ceteri. ꝗꝫ de stirpe descēdit. ꝗs oēs supgressa ē in ꝗlibet gratia et ℣tute.

